ἐξ ἀρχῆς καθίστασθαι προσήκει, πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον τοῦ νοσήματος ἀποβλέποντας. τὰ μὲν γὰρ ὀξέα καὶ ταχέως ἀκμάζοντα, κἂν εἰ πάνυ λεπτῶς θέλοι τις διαιτᾷν, οὐκ ἄν τι μέγα βλάψει. ὅσα δὲ χρονιώτερα, ταῦτ᾽ εἰ μὴ κατ᾽ ἀρχὰς ἁδρότερον διαιτήσειας, ἢ συναναιρήσεις τῷ νοσήματι τὸν ἄνθρωπον ἢ οὐκ ἐν καιρῷ τὴν δίαιταν ὑπαλλάξεις. οὐ γὰρ χρὴ προσιούσης τῆς ἀκμῆς ἁδρότερον ἢ πρόσθεν διαιτᾷν, ἀλλὰ τοὐναντίον τῆς ὅλης τοῦ πάθους διαίτης τὸ λεπτότατον εἰς τὴν ἀκμὴν ἀποτίθεσθαι χρή· τοῦτο μὲν οὖν κοινὸν ἁπάντων, πρὸς αὐτῷ δὲ δεῖ καὶ τὰ ἴδια τῶν διαλειπόντων ἐπισκοπεῖσθαι, οἷον εὐθὺς ἐν τοῖς τριταίοις, οὐδὲν γὰρ χεῖρον ἐντεῦθεν ἄρξασθαι, διοριζέσθω σοι κατ᾽ ἀρχὰς εἰ ἀκριβής ἐστι καὶ ὡς ἂν τις εἴποι γνήσιος, ἢ οὐκ ἀκριβὴς, ἀλλ᾽ οἷον νόθος τις. ὁ μὲν γὰρ ἀκριβὴς τριταῖος τὸ μακρότατον ἐν ἑπτὰ περιόδοις κρίνεται, πρὸς τῷ καὶ ἀκινδυνότατος εἶναι. τὸν ἕτερον δὲ τὸν οὐκ ἀκριβῆ οἶδά ποτε φθινοπώρου μὲν ἀρξάμενον, ἦρος δὲ παυσάμενον· εἶτα οἷα εἰκὸς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ, τὸ μέν τι καὶ αὐτοῦ τοῦ νοσοῦντος οὐ πάνυ τι πειθομένου τοῖς τῶν ἰατρῶν

initio instituemus, universum morbi tempus considerantes. Nam in acutis et qui ad statum celeriter perveniunt si quis tenuiter omnino cibum dare velit, haud magnopere laedet. In longioribus vero, nisi per initia liberaliorem dederis cibum, aut una cum morbo hominem necabis aut intempestive victus ratio mutanda erit. Neque enim accedente statu uberior victus quam prius instituendus est, sed contra omnium qui per morbum exhiberi debeant tenuissimus in id tempus reservandus est; hoc quidem omnium commune est. Ad haec vero quae intermittentibus propria sint, considerare oportet, velut statim in tertianis, neque enim male ab his auspicabimur, distinguendum per initia est, num exquisita ac ut ita dicam legitima, an minime exquisita, sed velut spuria sit. Tertiana enim exquisita septem ut tardissime circuitibus judicatur, minimeque periculosa est. Alteram autem non exquisitam aliquando vidi autumno incipere et vere desinere, postea, ut par erat tanto tempore, tum quod aegrotus

προστάγμασιν, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτάνοντός τι· τὸ δέ τι καὶ ὑπὸ τῆς αἰτίας τοῦ χειμῶνος βλαπτομένου, σπλήν τε μέγιστος ἐξήρθη καὶ ὑποχόνδρια διεφυσᾶτο· καί τις ἤδη καὶ ὕποιδος ἦν ἄχροια περί τε τὸ πρόσωπον καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς σκέλεσιν, ὥστε δεῖσαί τε ἡμᾶς ἀμφὶ τῷ μειρακίῳ καὶ δεηθῆναι μειζόνων βοηθημάτων. οὕτως οὐδὲν ὅμοιον ἔχει ὁ τοιοῦτος τριταῖος τῷ ἀκριβεῖ· διὰ τοῦτο οὖν φημι χρῆναι κατὰ τὰς ἀρχὰς αὐτοὺς διορίζειν. εἰς ὅσον γὰρ τῇ φύσει διαφέρουσιν, εἰς τοσοῦτον εὔλογόν ἐστι καὶ τὸν τῆς διαίτης τρόπον [353] ὑπαλλάττεσθαι. ὅπως οὖν ἄριστα διορισθεῖεν, ἀρκεῖ μοι τὰ τῷ μειρακίῳ συμπεσόντα γράψαι, παράδειγμά τε ἅμα τῶν οὐκ ἀκριβῶν τριταίων καὶ ὑπομνήματά σοι γενησόμενα. ἦν μὲν δὴ τοῦ ἔτους τὸ μεταξὺ πλειάδων τε δύσεως καὶ τῆς προγεγενημένης ἰσημερίας· ἤρξατο δὲ μετὰ φρίκης ὁ πυρετὸς τῷ μειρακίῳ περὶ αὐτὴν σχεδὸν τὴν ἕω· ὥστε μήτε τῇ θερμασίᾳ τριταίῳ τι δόξαι ἐοικέναι μήτε τοῖς σφυγμοῖς· ἀλλ' οὐδὲ χολῆς ἔμετος ἠκολούθησεν οὔτε ἱδρὼς ἱκανός· ἀλλὰ μόνον ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν ὥρᾳ που τρίτῃ βραχεῖαι νοτίδες

imperanti medico non magnopere pareret, nonnihil etiam delinqueret, tum vero hiemis injuria male afficeretur, maxime lien intumuit et hypochondria flatu diftenta funt, tumor quidem decolor cum in facie tum maxime in cruribus apparuit, adeo ut adolefcenti timuerimus et majoribus uti remediis neceffum fuerit. Itaque haec febris nihil exquifitae tertianae fimile habet, quare ab initio diftingui oportere dico. Nam quantum natura inter fe differunt, tantum victus rationem variari aequum eft. Ut autem has optime diftinguas, fatis mihi fuerit ea recenfere, quae adolefcenti acciderunt, quae exemplum documentaque tibi futura fint febrium non exquifite tertianarum. Medium erat anni tempus inter vergiliarum occafum et quod hunc antecefferat aequinoctium, in quo adolefcentem circa fere ipfam auroram febris cum horrore corripuerat: quae neque in calore neque in pulfibus tertianae fimilis effe videbatur, imo nec vomitus biliofus fequutus eft nec multus fudor, poftridie vero ad

ἐγίγνοντο, ἐφ᾽ αἷς διεπνεῖτο μὲν ὁ πυρετὸς ἀτρέμα οὕτως, ὥστε περὶ τὴν ἑσπέραν μόγις ἀπύρετον εἶναι δοκεῖν· ἔμενε δὲ δηλαδὴ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς τό τε τοῦ πυρετοῦ σημεῖον αὐτῷ σαφὲς ἱκανῶς. ἀλλὰ τἄλλα γε πάνυ εὐφόρως εἶχε κατὰ τὴν ἑσπέραν καὶ δι᾽ ὅλης τῆς νυκτός. αὖθις δὲ περὶ τὴν ἕω τῆς τρίτης ἡμέρας δευτέρα καταβολὴ γίνεται, τὰ πάντα τῇ πρώτῃ παραπλησία, πλὴν τοῦ χρόνου· τῆς γὰρ ἐπιούσης νυκτὸς ὀλίγον πρὸ τῆς ἡμέρας νοτίδες ἐγίγνοντο καὶ ὁ πυρετὸς ἐπαύετο περὶ τὴν ἕω τῆς τετάρτης ἡμέρας· καὶ τοῦ λοιποῦ δὲ παντὸς φθινοπώρου καὶ χειμῶνος, ἐν ᾧ διενόσησε, τά τ᾽ ἄλλα πάντα καὶ ὁ χρόνος τῆς καταβολῆς καὶ τῆς λύσεως τοῦ πυρετοῦ κατὰ ταὐτὰ διέμενον. ἦν δὲ τὸ μειράκιον ἡλικία μὲν ἀμφὶ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη, λευκὸν δ᾽ ἰδέσθαι καὶ πῖον, ἀργότερον τῷ βίῳ καὶ πολλάκις ἔμπροσθεν ἐν μέθαις τε καὶ λουτροῖς συνεχέσι καὶ πλησμοναῖς γεγενημένον, ὥστ᾽ οὐδὲ χρηστῶς ἔπεττε τὰ σιτία. συνεισέβαλε δ᾽ αὐτῷ καὶ σκληρὸς σφυγμὸς ἐν μὲν τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν μετρίως, ἐν δὲ τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ

horam circiter tertiam paucus exiit mador, cum quo et febris evanuit, ſed adeo ſenſim, ut circa vesperam vix febris expers aeger videretur, nimirum relicto tunc in pulſibus evidente admodum febris ſigno. Verum reliqua circa veſperam ac per totam noctem facile omnino aeger ferebat. Rurſus vero circa tertii diei auroram ſecunda acceſſio priori in omnibus praeter quam tempore ſimilis rediit: ſequente enim nocte paulo ante diem exhalato vapore febris deceſſit circa quarti diei auroram, et reliquo toto autumno ac hieme, quo tempore aegrotavit, tum reliqua omnia tum acceſſionis et ſolutionis febris tempus eadem permanſerunt. Adoleſcens autem annos plus minus octodecim natus erat, aſpectu albus ac pinguis, vitae deditus otioſiori priusque crebris tum crapulis tum lavationibus uſus ac ſatietatibus, proinde cibos improbe concoquebat. Acceſſit vero et huic pulſus durities mediocris quidem in primo et ſecundo die, in tertio vero et quarto et ſequentibus usque ad ſeptimum

καὶ ταῖς ἐφεξῆς μέχρι τῆς ἑβδόμης εἰς τοσοῦτον ἧκε σκληρότητος, ὡς ἄν τινα δόξαι τῷ σφυγμῷ μόνῳ πιστεύσαντα πολλῶν εἶναι τὸ νόσημα μηνῶν· καὶ τοιοῦτος παρέμενεν ἄχρι τῆς κατὰ τὸ ἔαρ ἰσημερίας, ἐν ᾗ πρῶτον ἤρξατο μαλάττεσθαι. καὶ αὖθις ὕστερον ἡμέρᾳ τεσσαρακοστῇ τελέως ἀπαλλάττεται τοῦ τριταίου, κατὰ βραχὺ τοῦ τε σφυγμοῦ μαλαχθέντος καὶ τοῦ παροξυσμοῦ μικροτέρου γιγνομένου καὶ τῶν οὔρων ὑπόστασιν χρηστὴν ἐχόντων· καὶ γὰρ οὖν καὶ ταῦτα κἀν τῷ πρόσθεν χρόνῳ πάντα δεινῶς ἦν ἄπεπτα. τοιοῦτος μὲν δὴ ὁ ἐναντιώτατος τῷ ἀκριβεῖ τριταίῳ. τοὺς δ' ἄλλους τοὺς μεταξὺ παμπόλλους ὄντας ἐκ τῶν ἄκρων ἀφωρισμένων οὐ χαλεπῶς ἂν εὑρήσεις. ἃ γὰρ ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου τριταίων πυρετῶν ἔγραψα γνωρίσματα, ταῦτα σύμπαντα εἰ παρείη, τὸν ἀκριβῆ τριταῖον οὐκ ἐργάζεται, ᾧ πάντως καὶ ὁ τοῦ παροξυσμοῦ χρόνος βραχὺς ὡρῶν τεττάρων ἢ πέντε ἢ ἓξ ἢ τὸ μήκιστον ἕνδεκά που ἢ δώδεκα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ οὖρα τῶν τοιούτων ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ἢ πάντως γε τῇ τετάρτῃ φέρει τι σημεῖον πέψεως. οὕτω μὲν οὖν ἀκριβῆ τε καὶ οὐκ ἀκριβῆ γνωρί-

ad tantam pervenit duritiem, ut si quis soli pulsui credidisset, multorum esse mensium morbum putasset, ac talis permansit usque ad vernum aequinoctium, in quo primum mollescere coepit. Postea rursus quadragesimo die ab hac tertiana prorsus liberatus est, paulatim pulsu emollescente et accessione decrescente, urinisque probum sedimentum habentibus, quae prius vehementer crudae omnes erant. Haec quidem certe maxime contraria est exquisitae tertianae. Reliquas vero omnes intermedias quae permultae sunt ex definitis extremis haud difficile invenies. Si enim quae initio commentationis scripsimus tertianarum signa omnia adfuerint, exquisitam tertianam esse testabuntur, cujus accessionis tempus brevissimum quidem omnino quatuor aut quinque aut sex horarum est, longissimum vero undecim aut duodecim. Atque etiam harum urinae tertio aut omnino quarto die concoctionis indicium ostendunt. His igitur notis absoluta tertiana et spuria cognoscuntur.

ζοις τριταῖον. ἀνάλογον δὲ καὶ τεταρταῖον καὶ ἀμφημερινόν. ᾧ μὲν γὰρ ὑπάρχει πάνθ' ὅσα πρόσθεν ἔγραψα τεταρταίων πυρετῶν γνωρίσματα, γνήσιός τε καὶ ἀκριβὴς τεταρταῖος. ᾧ δὲ μὴ, νόθος τις ἐκεῖνος καὶ οὐκ ἀκριβής. καὶ ἀμφημερινῶν δὲ ὅτῳ μὲν πάνθ' ὅσα γέγραπται πάρεστιν, ἀκριβής· ᾧ δὲ μὴ, ὁ τοιοῦτος οὐκ ἀκριβής. οὐκ οὖν οὐδὲ χρόνιοι ὁμοίως τεταρταίῳ καὶ ἀμφημερινῷ οἱ οὐκ ἀκριβεῖς; ἀλλ' ὥσπερ τριταῖος ὀξὺς ὁ ἀκριβὴς, οὕτω τεταρταῖός τε καὶ ἀμφημερινὸς χρόνιοι. ταῦτα μὲν ἐν τοῖς κατὰ περίοδόν τινα πυρέττουσι σκοπεῖσθαι· τῶν δ' ἄλλων πυρεττόντων οὖρά τε καὶ διαχωρήματα καὶ τὴν ὅλην ἕξιν τοῦ σώματος ὁρᾷν· καὶ τὴν θερμασίαν καὶ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν, ὅσα τ' ἄλλα πρὸς τούτοις ὁ Ἱπποκράτης τε [354] καὶ ἡ μακρὰ πεῖρα κελεύει σκοπεῖσθαι, χώρας καὶ ὥρας καὶ καταστάσεις καὶ ἡλικίας καὶ κράσεις σωμάτων, ἔθη τε καὶ τὰ προηγησάμενα τῶν αἰτίων καὶ τὰ συνεισβάλλοντα τοῖς νοσήμασι καὶ ὅσα μεταξὺ ἐπιφαίνεται. παρῄνηται μὲν οὖν ὡς ἄν τινι δόξῃ τὸ πᾶν, οὐ μὴν πρός γε τὴν ἀλήθειαν

Ad hunc vero modum quartana et quotidiana diftinguuntur. Cui enim omnia infunt figna, quae prius in febribus quartanis fcripfimus, germana exquifitaque quartana eft. Sin minus, fpuria minimeque exquifita. Et ex quotidianis legitima quidem eft, cui omnia quae diximus infunt, quae fi non adfint, exquifita non eft. Itaque febres fpuriae non tam longae funt quam quartana et quotidiana. Sed quemadmodum vera tertiana acuta eft, fic quartana et quotidiana diuturnae. Haec quidem in his quae circuitu repetunt confideranda funt. In aliis vero febribus urinas, alvi excrementa et univerfum corporis habitum infpicere oportet, calorem quoque et arteriarum motum. Ad haec alia quaecunque Hippocrates longaque experientia contemplanda effe jubent, nempe regiones, anni tempora, aëris conftitutiones, aetates et temperaturas corporum, confuetudines et antecedentes caufas, quaeque una cum morbis invadunt quaeque medio tempore apparent. Omnia quidem ut cuipiam videri poffet monita funt, fed revera haud ita res ha-

Ed. Chart. X. [354.] Ed. Bas. IV. (201.)

ὧδ᾽ ἔχει. τὸ γάρ τοι μέγιστον μὲν ἁπάντων τούτων, ῥηθῆναι δὲ μικρότατον, οὐδέπω γέγραπται. τί δ᾽ ἐστὶ τοῦτο; ποσότης νοσήματος καὶ δυνάμεως· πρᾶγμα πρὸς μὲν τὴν δήλωσιν ἑνὸς ὀνόματος δεόμενον· εἰς δὲ τὴν χρείαν μέγιστον. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε προγνῶναι καλῶς, ἄνευ τοῦ τὸ ποσὸν ἑκάστου τῶν εἰρημένων ἀκριβῶς ἐκλογίζεσθαι. καὶ γὰρ εἴτ᾽ ὀλέθριόν ἐστι τὸ νόσημα, εἴτε μὴ, καὶ ὁπηνίκα μᾶλλον δυνατὸν ἢ τεθνήξεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἢ ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ πάθους, εἰ μὴ πάντων τῶν προειρημένων τὸ ποσὸν ἀκριβῶς διασκεψάμενος ἀνάγοις εἰς δύο κεφάλαια τήν τε νόσον αὐτὴν καὶ τοῦ νοσοῦντος τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν οἷός τ᾽ εἴης προγνῶναι καλῶς. τῆς μὲν γὰρ δυνάμεως οὕτως ἰσχυρᾶς οὔσης ὡς περιγίγνεσθαι τοῦ νοσήματος, ἀνάγκη σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ τοὔμπαλιν εἴη, πάντως τεθνήξεται. μὴ τοίνυν ὁποῖόν τι τὴν ἰδέαν ἐστὶ τὸ νόσημα σκόπει μόνον, ἀλλὰ καὶ πηλίκον. οὐ μικρᾶς δὲ τοῦτό γε δεῖται τριβῆς, τά τ᾽ ἄλλα καὶ τῷ μήτε γραφῆναι μήθ᾽ ὅλως διδαχθῆναι λόγῳ δύνασθαι τὸ ποσὸν ἑκάστου. καὶ εἴτι ἄρα τὸ ἡμέτερόν ἐστιν, οὐχ ὑπ᾽ ἄλλου τινὸς εἰς το-

bet. Quandoquidem quod maximum horum omnium est, dictu autem brevissimum, nondum explicatum est. Quid vero hoc est? Morbi et virium quantitas, res quidem quae verbo uno explicari possit; ad usum maxima est. Neque enim bene praenoscere poteris, nisi horum cujusque quantitate diligenter explorata. Non enim an morbus lethalis sit nec ne nec quando vel mori vel a morbo vindicari potius homo debeat nisi omnium quae diximus quantitatem diligentius contemplatus, in duo redegeris capita in morbum ipsum et laborantis vires, praescire recte poteris. Nam si vires adeo validae sint, ut morbum evincant, necessario sanitati homo restituetur. Sin contra omnino morietur. Non igitur solum cujusnam sit generis morbus, sed et quantus ipse sit inspiciendum est. Hoc autem non parva eget peritia, cum propter alia, tum quod nec scribi nec verbis explicari ullo modo eorum cujusque quantitas possit. Si quid igitur nostrum est, id non tam ex alia re ulla quam ex crebra con-

Ed. Chart. X. [354.] Ed. Baſ. IV. (201. 202.)

σοῦτον ἀκριβείας ἥκει ἡ ἐκ τοῦ μάλιστα ἠσκῆσθαι περὶ τὸν τῆς ποσότητος στοχασμόν· τοῦτο μὲν δὴ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων καὶ μαθεῖν καὶ διδάξαι δυνατόν. ὅσα δ' ἐν τῇ ποιότητι τὸν διορι(202)σμὸν ἔχει, ταῦτα γράψομεν ἀκριβῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς εἰς ὅσον ἐγχωρεῖ διὰ βραχέων.

Κεφ. ι'. Τὸν μὲν οὖν ἀκριβῆ τριταῖον, ὡς ἂν ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς κινουμένης δυναστευόμενον, ὑγραίνειν τε καὶ ψύχειν εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον ἂν οἷόν τε μάλιστα. τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματά ἐστι, κολάζοντα μὲν τὸ ὑπερβάλλον, ἀντεισάγοντα δὲ τὸ λεῖπον. ὁ δὲ τῆς ξανθῆς χολῆς χυμὸς ἁπάντων τῶν ἐν τῷ σώματι χυμῶν θερμότατος καὶ ξηρότατός ἐστι. προτρέπειν οὖν χρὴ τὸν μὲν εἰς τὴν γαστέρα συῤῥέοντα, κενοῦσθαι δι' ἐμέτων· τὸν δὲ κάτω ὑπιόντα ὡσαύτως διὰ τῆς κάτω ἐκκρίσεως· τοῦτο μὲν δὴ καὶ αὐτόματον ἐν τοῖς ἀκριβέσι γίνεται τριταίοις. καὶ τοῖς οὔροις δὲ καὶ τοῖς ἱδρῶσι ποδηγεῖν· ἀγαθὴ δὲ καὶ ἡ διὰ τῶν κάτω τῆς χολῆς κάθαρσις. ἀλλὰ τὴν μὲν γαστέρα μαλακοῖς κλύσμασι κενοῦν· τὰ οὖρα δὲ προτρέπειν σελίνου τε καὶ ἀνήθου τοῖς πόμασιν

jiciendae quantitatis exercitatione percipitur, quod ex operibus et diſcere et docere poſſis. Quae vero qualitate diſtinguuntur, diligenter ſimul ac dilucide quam breviſſime fieri poterit ſcribemus.

Cap. X. Exquiſitam autem tertianam, ut in qua concitata bilis flava dominetur, quoad fieri maxime poteſt humectare ac refrigerare oportet. Nam contrariorum contraria ſunt remedia, quae quod ſuperat coerceant, quod autem deeſt farciant. Flavae autem bilis humor omnium qui in corpore ſunt humorum calidiſſimus ac ſicciſſimus eſt. Itaque adhortandum eſt, confluentem in ventriculum vomitu, deorſum vero ſubeuntem pari modo per inferiorem excretionem vacuari, quod et ſponte exquiſitis tertianis accidit. Per urinas quoque et ſudores iter moliri oportet, ſed commoda per inferna bilis purgatio. At mollibus clyſteribus venter ſubducendus eſt, urinae vero potionibus iis in quibus maduerit apium et anethum provocandae. Et ſi coctio-

ἐναποβρέχοντα. καὶ ἢν σοὶ πέψεως σημεῖα προφαίνηται, θαῤῥῶν ἤδη καὶ τοῦ ἀψινθίου διδόναι· τοῦτο μὲν δὴ καὶ ἄλλως μέγιστον ἴαμα τοῦ στομάχου διὰ χολῆς δῆξιν καὶ μᾶλλον εἰ τῆς κόμης αὐτοῦ λαμβάνων ὅσον αὔταρκες ἐναποβρέχοις μελικράτῳ. λουτρὰ δὲ θερμὰ δι᾽ ὕδατος ποτίμου τὸ μέν τι κενοῖ τῆς χολῆς ἀπάγοντα, τὸ δέ τι καὶ τῇ ποιότητι μεγάλως ὀνίνησιν· ὑγραίνει γὰρ καὶ ψύχει κατὰ δύναμιν, ὅσα τοιαῦτα λουτρά. τὰ δὲ θαλάττια καὶ ἁλμώδη καὶ νιτρώδη καὶ θειώδη πλεῖον μὲν ἀπάγει τῆς χολῆς, πολὺ δ᾽ ἧττον ὠφελεῖ τῶν ποτίμων. ἄμεινον δ᾽ εἰπεῖν, οὐδ᾽ ὠφελεῖν αὐτὰ μειζόνως βλάπτοντα ταῖς ποιότησιν ἢ βοηθοῦντα ταῖς κενώσεσιν. ἀτὰρ οὖν καὶ οἶδά τινα κιβδήλῳ λογισμῷ τοιοῖσδε χρήσασθαι λουτροῖς ἀναπεισθέντα· εἶτα ξηρανθέντα τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, εἰς τοσοῦτόν τε διαφθαρέντα, [355] ὥστε μαρανθεὶς ἀπέθανεν. ἐπέτεινε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα δίαιτα πρὸς τὴν κένωσιν τῆς χολῆς. ἀεὶ δὲ χρὴ ποιότητας ἐναντίας τῇ κρατούσῃ παρὰ φύσιν ἀντεισάγειν· καὶ ὡς τὸ πολὺ βέλτιον τοῦτο τοῦ κενοῦν ὁπωσοῦν· ὅπερ οὔτ᾽ αὐτὸς ἐγίνωσκεν, οὔθ᾽ ἑτέρων

his notae apparuerint, jam cum fiducia absinthium dabis; quod alioqui stomacho quem erodens bilis infestat summum remedium est, praesertim si ejus comae quantum usus efflagitat in aqua mulsa maceraris. Sed et balnea calida ex aqua potabili prosunt, tum quod bilis aliquid educunt, tum quod sua qualitate mirifice juvent; ea enim hujusmodi balnea humectant et facultate refrigerant. Marina vero, salsa, nitrosa, et sulphurosa plus quidem bilis exigunt, verum minus quam ex aqua dulci utilia sunt: praestat vero nec ea utilia dicere, quando plus sua qualitate laedunt quam vacuando prosunt. Equidem novi quendam, qui falso adductus judicio hisce balneis usus est ac deinde resiccato corporis habitu eo venit exitii, ut tabe interierit. Reliqua autem victus ratio illi bilis vacuationem adaugebat. At contraria qualitas qualitati praeter naturam excedenti perpetuo objicienda est, et plerumque id utilius est quam quovis modo vacuare; verum ipse nec hoc noverat, neque ex aliis didicerat. In balneis

ἐμάνθανε λεγόντων. ἐν τε οὖν τοῖς λουτροῖς οὗτος ὁ σκοπὸς γιγνέσθω, διαβρέξαι τε καὶ ὑγρᾶναι τὸ σῶμα· καὶ διὰ τοῦτο μήτε νίτρου μήθ᾽ ἁλῶν μήτε νάπυος προσπάττειν, οἷα δὴ τοὺς πλείστους ἐστὶν ἰδεῖν λυμαινομένους τοῖς ἀῤῥώστοις, ἀλλ᾽ ὅτι μάλιστα θερμὸν ἔλαιον περιχέοντας ἐμβιβάζειν τε τῷ ὕδατι καὶ διαβρέχεσθαι, καὶ εἴ γ᾽ ἐθέλοιεν νήχεσθαι ἐν αὐτῷ, συγχωρεῖν αὐτοῖς εἰς ὅσον δύνανται. τοὺς δὲ φιλολουτροῦντας, οὐδ᾽ εἰ δὶς τῆς ἡμέρας λούειν ἐθέλοις, ἁμαρτάνοις· ἀλλ᾽ ἐν καιρῷ μάλιστά σοι τοῦτο μνημονευέσθω. εἰ δὲ καὶ πέψεως τῆς νόσου σημεῖα φαίνοιτο, κἂν εἰ πλεονάκις λούοις, οὐκ ἂν ἁμάρτοις. οἴνου δὲ πρὶν μὲν πέττεσθαι τὸ νόσημα παντάπασιν εἴργειν, ἀρξαμένου δὲ πέττεσθαι, λεπτὸν καὶ ὑδαρῆ καὶ ὀλίγον τὴν πρώτην διδόναι· πλησίον δ᾽ ἤδη τοῦ λύεσθαι γενομένου πλείονα. σιτία δὲ ὅσα ὑγραίνει τε καὶ ψύχει, πάντα χρήσιμα τριταίοις ἀκριβέσι. τὸ δὲ ποσὸν ἐν αὐτοῖς τοσοῦτον ὅσον πλεῖστον καλῶς πέψαι δύνανται. λαχάνων μὲν ἀτράφαξίς τε καὶ βλίτον καὶ λάπαθον καὶ μαλάχη καὶ θριδακίνη καὶ κολοκύνθη. τῶν δ᾽ ἄλλων ὅ τε πτισάνης χυλὸς καὶ τὰ διὰ

igitur hic fcopus fit, ut corpus abluatur ac humefcat; proinde neque nitrum neque fal neque finapi infpergenda funt; id quod factitare plurimos videre licet aegrotos enecantes. Ubi autem calente oleo plurimum perfuderis, in aquam ducere ac proluere oportet, et fi in ea natare velint, iis quantum poffunt permittendum eft. Qui vero balneis delectantur, neque fi bis die lavare velis peccabis, fed praecipue in memoria habeto, ut id opportune fiat. Nam fi coctionis morbi fignis apparentibus frequentius laveris, non erraveris. A vino vero, antequam morbus concoquatur, prorfus arcendi funt; ubi autem coctionis initium habuerit, paucum, tenue et dilutum initio dandum eft, liberalius vero ubi in propinquo morbi folutio eft. Cibus autem frigidus et humidus omnis exquifitis tertianis confert. Tantus autem dari debet quantus optime concoqui poffit. Ex oleribus quidem atriplex, blitum, rumex, malva, lactuca et cucurbita. Ex aliis autem cremor hordei et forbitio ex alica. Ex pifcibus vero

Ed. Chart. X. [355.] Ed. Baſ. IV. (202.)

τοῦ χόνδρου ῥοφήματα, καὶ ἰχθύων οἱ πετραῖοι, καὶ τῶν πτηνῶν τὰ μαλακόσαρκα, καὶ τῶν μὴ τοιούτων τὰ πτερά· καὶ μὲν δὴ καὶ ἀλεκτρυόνων τοὺς ὄρχεις διδόναι καὶ τῶν συῶν τοὺς πόδας τε καὶ τοὺς ἐγκεφάλους· τῶν μικροτέρων δὲ εἰ καὶ τὰς σαρκὰς δοίης τακερὰς, οὐδὲν βλάψειας. ἀλλὰ καὶ ὠὰ συγχωρεῖν ῥοφεῖν καὶ μάλιστα τὰς λεκίθους· ῥᾷον γὰρ αὗται πέπτονται τοῦ λευκοῦ. καὶ τῶν ὀπωρῶν δέ γε συγχωρεῖν γεύεσθαι, τῶν γε μὴ παντάπασι δυσπέπτων. ἀπέχειν δὲ μέλιτός τε καὶ νάπυος καὶ ταρίχου καὶ τῶν δριμέων ἁπάντων καὶ οἴνων δὲ τῶν παλαιῶν ἱκανῶς καὶ ὅσοι θερμοὶ φύσει. αὕτη μὲν οὖν ἡ δίαιτα τῶν πολλῶν ἐστόχασταί σοι. ὅσοι δὲ μὴ τρυφῶσι, διαιτητέον ἐστὶν ὡς οἶσθα κἀμὲ διαιτηθέντα ποτὲ ἐν ἀκριβεῖ τριταίῳ πυρετῷ κατὰ τὸν Ἱπποκράτειον λόγον ἐν χυλῷ πτισάνης ἄχρι κρίσεως. ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀκριβέσι τριταίοις.

Κεφ. ια΄. Ἐν δὲ τοῖς μὴ ἀκριβέσι προνοεῖσθαι χρὴ μάλιστα καθ᾽ ὅσον οἷόν τε μήτ᾽ αὐξῆσαι τὸ νόσημα μήτε καταβαλεῖν τοῦ νοσοῦντος τὴν δύναμιν ἐν χρόνῳ

ſaxatiles. Ex avibus quae molli ſunt carne et ex minime talibus alae, gallorum quoque teſticuli et ſuum pedes et cerebra danda ſunt, parvulorumque porcellorum ſi illiquefactas coctura carnes dederis, nihil offendes. Sed et ova ſorbilia permittuntur et maxime eorum lutea, ut quae quam album facilius coquantur. Ex fructuum autem genere ii guſtari conceduntur, qui omnino coctu difficiles non ſint. Melle vero, ſinapi, ſalſamentis et omnibus acribus abſtinere debent, et vinis admodum vetuſtis naturaque calidis. Haec quidem victus ratio esto multorum ad conjecturam tibi tradita et expoſita. Qui vero molliter non educantur, iis victus inſtituendus eſt qualem me aliquando in exquiſita tertiana ex Hippocratis ſententia dare vidiſti, nempe ptiſanae cremorem usque ad febris judicium. Haec quidem in exquiſitis tertianis ſervanda ſunt.

Cap. XI. Maxime vero in his quae exquiſitae non ſunt tertianis, quoad fieri poteſt proſpiciendum eſt, ne morbus increſcat, dejiciantur que vires, ut quas longiore morbi

πλείονι ταλαιπωρεῖσθαι μέλλουσαν. ἔστι μὲν οὖν χαλεπὸν ἀμφοῖν κρατεῖν, ὡς ἂν τῶν μὲν ἀσιτιῶν ὅσον εἰς τὴν πέψιν τοῦ νοσήματος ὠφελουσῶν, τοσοῦτον ἢ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἀδικουσῶν τὴν δύναμιν· τῶν δὲ τροφῶν ὅσον εἰς ῥώμην συντελουσῶν τῷ νοσοῦντι, τοσοῦτον ἐμποδιζουσῶν τὰς πέψεις. ἀλλὰ κἀνταῦθά σοι γνωστέον, εἰς ὅσον μὲν ἥκει μεγέθους ἡ νόσος, εἰς ὅσον δὲ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ τοῦ νοσοῦντος· ἵνα πρὸς τὰ μείζονος ἐπικουρίας δεόμενα ἀποβλέπων ἀσιτίαις μὲν ἐν ἰσχυροτέρᾳ τῇ δυνάμει καὶ δυσπέπτῳ νοσήματι θαῤῥαλεώτερον χρήσῃ· τροφαῖς δὲ πλείοσιν ἐν ἀσθενεστέρᾳ μὲν τῇ δυνάμει, νοσήματι δὲ μὴ πάνυ δυσπέπτῳ. ταῦτα μὲν δὴ κἀν τοῖς ἄλλοις ἅπασι νοσήμασι χρὴ σκοπεῖν. [356] ἐν δὲ τοῖς οὐκ ἀκριβέσι τριταίοις οὐδὲ λούειν εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ἀγαθὸν, ἀλλ' ἡνίκα ἂν φαίνοιτο ἤδη τὰ σημεῖα τῆς πέψεως, οὐδὲ καθ' ἡμέραν τρέφειν, ἀλλ' ἀρκεῖ παρὰ μίαν. ἡσυχία δὲ καὶ θάλψις τῶν καθ' ὑποχόνδριον αὐτοῖς συμφέρει καὶ ῥοφήματα τὰ εὔπεπτα καὶ κλύσματα τῆς κάτω γαστρὸς μὴ πάνυ μαλακά. καὶ εἰ αἵματος ἀφαιρέσεως δέοιντο, μηδὲ τοῦτο

intervallo afflictum iri oporteat, utrumque enim tenere difficile eft, quod inedia quantum ad morbi coctionem prodeft tantum vel plus etiam vires offendit, cibi vero quantum ad aegrotantis vires conferunt, tantum coctionem impediunt. Sed et hic nofcendum eft, ad quam magnitudinem morbus perventurus fit et quantum laborantis vires fint duraturae, ut ea perfpiciendo, quae majori auxilio egent, cibi abftinentia quidem, ubi valentiores funt vires et morbus coctu difficilis, confidentius utaris, ubi vero imbecilliores vires et morbus non omnino coctioni contumax eft, largiori cibo. Haec quidem et in omnibus aliis morbis confideranda funt. Neque vero ftatim per initia in fpuriis tertianis lavare falubre eft, fed ubi primum coctionis figna apparuerint. Neque quotidie cibum dare oportet, fed alternis diebus abunde fuerit. Quies autem et praecordiorum fotus juvat et forbitiones quae facilem admittant coctionem. Clyfteres quoque non admodum molles alvo indantur. Quod fi fanguinis mif-

Ed. Chart. X. [356.] Ed. Baf. IV. (202.)
παραλείπειν, ἀλλ' εὐθὺς κατ' ἀρχὰς διορισάμενος ἐξ ὧν οἶσθα ἀποχεῖν αἵματος ὅσον τοῖς παροῦσι μέτριον. ἡ δ' ὅλη τῆς διαίτης κατάστασις οὐ ψύχουσα καὶ ὑγραίνουσα τὸ σύμπαν σῶμα ὡς ἐπὶ τῶν ἀκριβῶν ἐστι τριταίων, ἀλλά τι καὶ τοῦ τμητικωτέρου καὶ τοῦ θερμοτέρου τρόπου προσεπιλαμβανέσθω. μάλιστ' οὖν ἁρμόσειεν αὐτοῖς ὁ τῆς πτισάνης χυλὸς ἐμβαλλομένου πεπέρεως· ἢ καὶ ὑσσώπου ποτὲ καὶ ὀριγάνου ἢ στάχυος νάρδου ἐμβαλὼν μελικράτῳ καὶ συναφεψῶν διδόναι πίνειν καὶ τἄλλα δ' ὅσα οὖρα κινεῖ πλὴν τῶν ἄκρως θερμαινόντων τε καὶ ξηραινόντων. μάλιστα δὲ τοῦ ἀψινθίου διδόναι συνεχέστατα μετὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν. καὶ μὲν δὴ καὶ ὀξύμελι πολλοὺς ὤνησε πινόμενον καί τι τῶν ἐπιεικῶν ὑπηλάτων, οἷς οἶσθα καὶ ἡμᾶς χρωμένους συνεχῶς. ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς σιτίοις ἔμετος εἰς τοσοῦτον ἄρα τοῖς ἐν τῷδε πυρετῷ χρονίζουσι χρήσιμος, ὥστε πολλοὺς οἶδα τελέως ἀπαλλαγέντας εὐθέως ἐπὶ τοῖς ἐμέτοις.

Κεφ. ιβ'. Ἑξῆς δὲ περὶ τῶν τεταρταίων ἐροῦμεν, οὓς καὶ αὐτοὺς κατ' ἀρχὰς μετρίως τε καὶ πρᾴως ἄγειν

fione opus fit, neque ea omittenda eft, fed initio ftatim diftinctis iis quas nofti rebus tantum detrahes, quantum fatis effe in praefentia videatur. Tota vero ratio victus fit, non quae ut in exquifita tertiana refrigeret et humectet, fed quae vim aliquam incidendi et calefaciendi affumat. His igitur maxime prodeft ptifanae fuccus cui injectum piper fit, aut nonnunquam etiam hyffopum et origanum et mulfa cui injecta nardi fpica eft et cocta potui datur, aliaque quae ciendae urinae vim habent, nifi ea vehementer calefaciant exficcentque. Frequentiffime vero abfinthii coma maxime poft feptimum diem danda eft, mulfum acetum etiam multis in potu profuit et aliquod ex iis quae blande purgant, quibus nos faepe uti vidifti. Vomitus autem poft cibum adeo fane utilis eft illis quibus haec febris inveteraverit, ut multos norim ftatim poft vomitiones a febre prorfus effe liberatos.

Cap. XII. Deinceps autem de quartanis differemus, quas per initia moderate leniterque tractare oportet, nullam

χρὴ, μήτε φάρμακόν τι τῶν ἰσχυρῶν μηδὲν προσφέροντας μήτε κένωσιν, εἰ μή τι ἄρα πάνυ σφόδρα φαίνοιτο πλεονάζον αἷμα. καὶ εἰ διελόντι φλέβα τὸ ῥέον εἴη μέλαν καὶ παχὺ, μάλιστα δ' ἐν τοῖς σπληνώδεσι τοιοῦτον εὑρίσκεται, θαῤῥεῖν τῇ κενώσει· ξανθοῦ δὲ καὶ λεπτοῦ φανέντος, ἐπέχειν αὐτίκα. τέμνειν δὲ φλέβα ἤτοι τὴν ἐντὸς ἢ τὴν μέσην ἀγκῶνος ἀριστεροῦ, καὶ δίαιταν ἐφεξῆς ἄφυσόν τε καὶ χρηστὴν διαιτᾶσθαι, μαλάττοντας τὴν γαστέρα, καθ' ὅσον οἷόν τε διὰ τῶν (203) συνηθῶν. εἰ δὲ μηδὲν ἀνύοι ταῦτα, κλύσμασι χρῆσθαι κατ' ἀρχὰς μὲν μαλακοῖς, ὕστερον δὲ καὶ δριμυτέροις. χοιρείων δ' εἴργειν αὐτοὺς κρεῶν καὶ πάντων ὅσα γλίσχρα καὶ βραδύπορα καὶ τῶν ψυχόντων καὶ τῶν ὑγραινόντων ἐδεσμάτων ἁπάντων, οἴνῳ δὲ χρῆσθαι λευκῷ τε καὶ λεπτῷ καὶ συμμέτρως θερμῷ. καὶ πτηνῶν τοῖς εὐχύμοις καὶ οὐχ ἑλείοις· καὶ ἰχθύων τοῖς εὐπέπτοις τε καὶ μαλακοσάρκοις καὶ μηδὲν γλίσχρον ἔχουσι. καὶ ταρίχει δὲ χρῆσθαι καὶ νάπυϊ καὶ δι' ἡμερῶν τινων τῆς διὰ τριῶν πεπέρεων προσλαμβάνειν ἢ τοῦ διοσπολιτικοῦ φαρμάκου· καὶ εἰ πεπέρεως μόνου σὺν ὕδατι καθ' ἑκάστην

vehemens medicamentum aut vacuationem adhibentes, nisi sanguis admodum exsuperare videatur. Et si secta vena sanguis niger ac crassus, qualis maxime in lienosis conspicitur, profluat, audacter mittendus est, sin flavus ac tenuis, statim supprimendus. Secanda vero vel interna vel media sinistri cubiti vena est et victus deinceps qui flatus sit expers probumque succum generet adhibeatur, venterque si fieri potest consuetis emolliatur, quae si non profecerint, clysteribus per initia quidem mollibus, postea vero acrioribus sollicitandus est. A suilla autem carne cibisque omnibus glutinosis et lentis seu tarde meantibus, quique refrigerant et qui exsiccant arcendi sunt aegroti, vino vero albo, tenui et mediocriter calido utantur. Ex avibus autem quae boni succi sint ac non palustres, ex piscibus qui facile coquantur et molli minimeque glutinosa sint carne dare oportet. Salsamentis vero ac sinapi utendum est et certis diebus interpositis medicamentum quod ex triplici pipere est sumendum, aut diospo-

ἡμέραν λαμβάνοιεν, ὀρθῶς ἂν ποιοῖεν. τρίψεων δὲ καὶ περιπάτων καὶ λουτρῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν συνηθῶν μὴ παντελῶς εἴργειν. εἰ δὲ καὶ παντάπασιν ἀπέχεσθαι λουτρῶν δύναιντο, ταῖς τρίψεσιν ἀρκούμενοι μάλιστ' ἂν ὀνίναιντο. καὶ εἰ βραχὺς εἴη καὶ μὴ πάνυ βίαιος ὁ τεταρταῖος πυρετὸς, ἐν ταῖς μέσαις τῶν ἡμερῶν οὐδὲν χεῖρον ἅπτεσθαι τῶν συνηθῶν γυμνασίων. ταῦτα μὲν δὴ κατὰ τὰς ἀρχὰς καὶ μέχρι τῆς ἀκμῆς πρακτέον. εἰ δ' ἐν ἀκμῇ μάλιστά που δοκοίη τοῦ νοσήματος εἶναι ὁ κάμνων, τότε χρὴ διαιτᾷν μὲν λεπτότερον ἢ πρόσθεν τε καὶ ὄπισθεν· εὐθὺς δὲ καὶ ἡσυχάζειν εἰς μακρὸν κελεύειν· [357] καὶ τῶν σπλάγχνων προνοεῖσθαι, καταιονῶντά τε καὶ καταπλάττοντα τοῖς μαλάττειν τε καὶ χαλᾷν δυναμένοις. ἐφεξῆς δὲ τοῖς διουρητικοῖς καλουμένοις χρησθαι φαρμάκοις· καὶ εἰ τὰ τῆς πέψεως τοῦ νοσήματος σημεῖα φαίνοιτο, καθαίρειν τηνικαῦτα τοῖς τοὺς μέλανας χυμοὺς κενοῦσι φαρμάκοις χρὴ οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ἢν οὕτως δέῃ. χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν σιτίων ἐμέτοις τηνικαῦτα συνεχῶς, καὶ μηδενὸς κωλύοντος ἐλλέβορον λευκὸν διδόναι τὴν πρώτην

liticon, folumque piper cum aqua recte quotidie praebebis. A frictionibus vero, ambulationibus, balneis aliisque confuetis penitus arcendi non funt. Verum fi a balneis omnino abftinere poffent, folis contenti frictionibus plurimum juvarentur. Et fi brevis quartana fit minimeque violenta, non male per acceffionum intermiffiones aegroti ad folitas exercitationes fefe conferent. Haec quidem per initia usque ad vigorem peragenda funt. Quod fi in morbi vigore conftitutus aeger jam effe videatur, tunc tenuiori quam ante vel poft victus ratione uti debet, ftatimque longa quies imperanda eft, ac vifceribus providendum fotu ac litu, quibus emolliendi laxandique vis infit. Deinde medicamentis quae diuretica vocant urinas evocare oportet, et fi coctionis notae apparuerint, tunc medicamentis quae atram bilem educunt non femel, fed faepe purgare, fi res ita exigere videatur. A cibo vero aegrotum vomere oportet: tunc autem fi nihil vetet, album veratrum faepe dandum eft primum ra-

ἐπιμιγνύντα ῥαφανίσιν· εἰ δὲ μηδὲν ἀνύει καὶ αὐτὸν τὸν ἐλλέβορον. οἷς δ' ἐμεῖν ἀδύνατον, τούτους σφοδρότερον καθήραντας κάτω τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου πίνειν διδόναι καὶ τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς τοὺς τοιούτους ἐπαινεῖται πυρετούς· ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ σύνηθες ἡμῖν ἁπάντων δοκιμώτατον, ὀποῦ τοῦ Κυρηναϊκοῦ λαμβάνον. ὅσοι δὲ κατ' ἀρχὰς τῶν τοιούτων τι φαρμάκων ἔδοσαν ἢ ὅλως πρὸ τῆς ἀκμῆς, ἁπλοῦν μὲν ὄντα τὸν τεταρταῖον διπλοῦν πολλάκις ἐποίησαν, ἢ πάντως μείζονά τε καὶ χαλεπώτερον εἰργάσαντο· διπλοῦν δὲ ὄντα τριπλοῦν ἐποίησαν, ἢ πάντως γε τοὺς δύο χαλεπωτέρους τε καὶ μείζονας. οἶδα δέ τινα ἰατρὸν, ὅστις ἐτόλμησεν ὑπὸ τριῶν ἐχομένῳ τεταρταίων δοῦναι τοῦ διὰ τῶν ἐχιδνῶν φαρμάκου οὔπω τοῦ νοσήματος ἀκμάζοντος· εἶτα οἷα εἰκὸς αὐξηθέντων ἁπάντων συνεχὴς διαδεξάμενος πυρετὸς ἀπέκτεινε τὸν ἄνθρωπον.

Κεφ. ιγ'. Ἀμφημερινὸν δὲ θεραπεύων ὀξυμέλιτί τε χρῶ κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας καὶ τοῖς οὖρα καλῶς προτρέπειν δυναμένοις καὶ τὸ σύμπαν σοι τῆς διαίτης κεφάλαιον

diculis immiſtum, quod ſi nihil profuerit, ipſum etiam veratrum. His vero qui vomere nequeunt, vehementius per inferiora purgatis medicamentum, quod ex viperis eſt temperatum, dandum eſt et alia quae adverſus has febres commendantur, in quibus omnium probatiſſimum habetur, quod ex liquore Cyrenaico conficitur, nobis uſitatum. Qui autem per initia aliquod ex his medicamentis dederunt aut omnino ante morbi ſtatum ex ſimplici quartana duplicem ſaepe aut omnino majorem ac difficiliorem, ex duplici vero triplicem aut omnino duas ipſas difficiliores ac majores reddiderunt. Novi enim medicum quendam, qui tribus quartanis laboranti medicamentum ex viperis ante morbi vigorem dare ſit auſus: deinde omnibus ut par erat adauctis aſſidua febris ſucceſſit, quae hominem jugulavit.

Cap. XIII. In curanda autem quotidiana primis diebus tum aceto mulſo tum his quae probe urinam cieant eſt utendum, ac in ſumma victus ratio incidendi vi praedita eſſe

Ed. Chart. X. [357.] Ed. Baſ. IV. (203.)

τμητικώτερον ἔσται. περὶ δὲ τὴν ἀκμὴν προνοεῖσθαι χρὴ τῆς γαστρὸς, μάλιστα δὲ τοῦ στόματος αὐτῆς. κἄπειτ' ἐμεῖν ἀπό τε ῥαφανίδων καὶ σιτίων κελεύειν καὶ τοῖς φλέγμα κενοῦσιν ὑπηλάτοις χρῆσθαι. τὰ δ' ἄλλα τῆς διαίτης πρὸς τοὺς κοινοὺς ἀποβλέπων σκοποὺς ἐξευρήσεις.

Κεφ. ιδ'. Τοὺς δὲ συνεχεῖς πυρετοὺς, οἷς μὲν ἡ ἀκμὴ τοῦ νοσήματος οὐ πορῥωτέρω τῆς ἑβδόμης ἔσεσθαι μέλλοι καὶ ἔστιν ἡ δύναμις ἰσχυρὰ καὶ τὰ τῆς ἡλικίας ὁμολογεῖ, τούτους μὲν ἀκριβῶς τε πάνυ διαιτᾷν καὶ λεπτῶς. ὅσοις δ' ἤτοι πορῥωτέρω τῆς ἑβδόμης ἡ ἀκμὴ τοῦ ὅλου νοσήματος ἢ τὰ τῆς δυνάμεως οὐκ εὔρωστα, κατ' ἀρχὰς μὲν ἁδρότερον, ἐγγὺς δὲ τῆς ἀκμῆς λεπτότερον, ἀκμαζόντων δ' ἤδη λεπτότατον διαιτᾷν. εἶτ' αὖθις ἁδροτέραν ἀεὶ καὶ μᾶλλον ὁμοίαν τὴν αὔξησιν ποιούμενον τῇ πρὸ τῆς ἀκμῆς μειώσει. αἵματος δὲ ἀφαίρεσις διά τε τὸ μέγεθος τοῦ νοσήματος καὶ οἷς πολὺ πλέον ἐρευθός ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν καί τις ὄγκος ἀήθης ὅλου τοῦ σώματος μετέωροί τε καὶ τεταμέναι φλέβες, τούτων ἀφαιρεῖν, ἢν μή σε τὰ τῆς δυνάμεως ἢ τὰ τῆς ἡλικίας ἤ τι τῶν ἄλλων ὧν κατ'

debet. Circa ſtatum vero de ventre maximeque ejus ore ſollicitum eſſe oportet: poſteaque jubere ut a raphanide et cibis aſſumptis aeger vomat: hisque utatur medicamentis, quae pituitam eliciant. Reliquam vero victus rationem ex communibus ſcopis facile invenies.

Cap. XIV. In febribus autem continuis, quibus morbi vigor non longius ſeptimo futurus eſt et vires validae ſunt aetasque conſentit, exquiſitus omnino et tenuis victus inſtituendus eſt. In quibus vero longius ſeptimo totius morbi ſtatus erit aut virtus imbecilla eſt, per initia quidem liberalius, inſtante vero ſtatu parcius, vigente autem morbo tenuiſſime alere oportet. Poſtea rurſus ſemper uberius eodem modo cibum augendo, quo ante ſtatum minuebatur. Sanguis vero et ob morbi magnitudinem et quibus rubor major quam naturae conveniat ineſt et univerſum corpus plus ſolito tumet aut venae eminentes ac diſtentae ſunt mittendus eſt, niſi vires, aetas et alia quae initio commemorata

ἀρχὰς εἶπον ἀπείργει. ὑγραὶ δὲ δίαιται ὅτι τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς ἅπασι συμφέρουσιν ὀρθῶς εἴρηται πάλαι. πτισάνης τε οὖν χυλὸν οἷς οὐκ ὀξύνεται διδόναι καὶ μελίκρατον οἷς οὐκ ἐκχολοῦται καὶ τὰ διὰ τοῦ χόνδρου ῥοφήματα καὶ ἄρτον δι' ὕδατος, ὅσα τ' ἄλλα τῆς αὐτῆς ἢ παραπλησίας ἐστὶ δυνάμεως. τοῖς δ' ἰσχυρῶς θερμοῖς καὶ καυσώδεσιν, ὅταν πρῶτον ἴδῃς τὰ τῆς πέψεως σημεῖα, θαῤῥῶν ὕδατος ἤδη ψυχροῦ διδόναι πίνειν [358] τῆς δόσεως τὸ πλῆθος, μετρῶν ὥρᾳ τε καὶ χώρᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ φύσει καὶ ἔθει. τοιαύτη μέν τις ἐν τῷ καθόλου φάναι τῶν ἄνευ συμπτωμάτων πυρετῶν ἐπιμέλεια.

Κεφ. ιε'. Τῶν δὲ μετὰ συμπτωμάτων πυρετῶν οὐκ ἔθ' ἁπλῶς οὕτως, ἀλλὰ μετρῆσαι χρὴ καθ' ὅσον οἷόν τε πηλίκος μὲν ὁ πυρετὸς, πηλίκον δὲ τὸ σύμπτωμα τὸ τὸν κίνδυνον ἐπιφέρον, καὶ πρὸς τὸ σφοδρότερον ἐν αὐτοῖς καὶ χαλεπώτερον ἵστασθαι, μηδὲ θατέρου παντάπασιν ἀμελοῦντας. φέρε γὰρ εἴ τις πυρέττοι μὴ τῆς καλουμένης πληθωρικῆς διαθέσεως παρούσης, ἀλλ' ἐξ ἀπεψιῶν τε προσφάτων εἴη καὶ δάκνοιτο καὶ θλίβοιτο τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἢ καὶ χυμὸν

ſunt prohibeant. Quod vero humidus victus acutis omnibus febribus conferat olim recte dictum eſt. Cremor igitur ptiſanae in quibus non aceſcit exhibendus eſt et mulſa quibus in bilem non vertitur ſorbitionesque ex alica et panis ex aqua aliaque quae aut eandem aut huic proximam facultatem obtineant. Quod ſi vehementer calidae ſint deurantque febres, ubi primum coctionis notae apparuerint, cum fiducia danda in potu frigida eſt, cujus modum ex tempore, regione, aetate, natura et conſuetudine metimur. Haec quidem in univerſum eſt curandarum febrium quae accidentibus carent ratio.

Cap. XV. Quae vero cum ſymptomatis ſunt febres, haud ita ſimpliciter curantur, ſed quoad fieri poteſt expendere oportet, quanta febris ſit quantumque ſymptoma, quod periculum adferat, ac horum vehementiori moleſtiorique inſiſtendum, non neglecto tamen omnino altero. Age igitur febricitet quispiam citra humorum redundantiam, ſed cum recenti cruditate os ventris mordente prementeque rejecerit

τινα μοχθηρὸν ἐμημεκὼς εἴη καὶ τῇ τούτου διόδῳ μεγάλως βεβλαμμένος, ὥστε καὶ δυσφορεῖν καὶ ἀλύειν· ἆρ᾽ ἐνταῦθα πρὸς τὸν πυρετὸν ἀποβλέψαντες μόνον κενοῦν ἐπιχειρήσομεν τὸ πλῆθος, ὅπερ ἄλλως ἂν ἀλύπως ἐπράξαμεν; ἢ πρότερον τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς προνοησόμεθα, κἄπειθ᾽ οὕτως, ἐπειδὰν ἡμῖν καλῶς ἔχῃ τοῦτο, τὴν ἐνδεχομένην τοῦ παντὸς σώματος κένωσιν ποιησόμεθα; ἐμοὶ μὲν οὖν οὕτω δοκεῖ. πολλάκις γοῦν εἶδον πολλοὺς τῶν τοιούτων, τοὺς μὲν ἀπολλυμένους, τοὺς δ᾽ εἰς ἔσχατον ἀφικομένους κινδύνου, ἐπιχειρησάντων αὐτοὺς κενοῦν τῶν ἰατρῶν, πρὶν ῥῶσαι τὸν στόμαχον. ἀλλ᾽ οὐδὲ εἰ μετὰ διαῤῥοίας ὁ πυρετὸς εἴη, χρήζει τινὸς ἄλλης κενώσεως, ἀλλ᾽ αὐτάρκης αὕτη, κἂν μὴ κατὰ λόγον ᾖ τοῦ πλήθους. ὅσοι γὰρ τῶν τοιούτων ὡς πλείονος χρηζόντων ἀφαιρέσεως ἤτοι τοῦ αἵματος ἀπάγειν ἐτόλμησαν ἢ τὴν γαστέρα κινεῖν, ἔτι μᾶλλον ὀξεῖς κινδύνους ἐπήνεγκαν. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ εἰ σπώμενός τις ἅμα καὶ κενώσεως αἵματος εἴη χρήζων, οὐδὲ τούτῳ τοσοῦτον ἀφαιρεῖν προσήκει εἰσάπαξ ὅσου δεῖται τὸ πάθος, ἀλλά τι καὶ τῷ συμπτώματι καταλειπτέον ἱδρῶτας

vomitione humorem aliquem vitiofum, qui in tranfitu ita vehementer aegrotum laeferit, ut molefte anxieque ferat. Solamne multitudinem ad febrem tum refpicientes vacuare tentabimus, quod citra moleftiam alioqui feciffemus? An prius ori ventris profpiciemus ac poftea ubi recte id habuerit universum corpus quantum res ipfa expofcit vacuabimus? Mihi fane ita videtur. Tales igitur non paucos faepe vidimus alios quidem interiiffe, alios vero in fummum periculum fuiffe adactos, quum eos vacuare ventris ore nondum confirmato medici tentaffent. Sed nec fi cum alvi profluvio febris fuerit alia vacuatione eft opus. Verum ipfum per fe fufficit, etiam fi non fit pro plenitudinis ratione. Quicunque enim ab iis tanquam majori inanitione egentibus vel fanguinem ducere vel ventrem movere aufi funt, in gravia pericula praecipitarunt. At fi quis convulfus fit fimulque fanguinis miffione egeat, ne fic quidem femel et univerfim tantum detrahes quantum affectus exigit, fed et aliquid

τε πολλάκις κινοῦντι καὶ ἀγρυπνίας προσφέροντι καὶ τὴν ἰσχὺν καταβάλλοντι τοῦ νοσοῦντος. οὕτω δὲ καὶ εἰ ἀγρυπνία σφοδρὰ καὶ εἰ ἄλγημα σύντονον ἐνοχλοίη τὸν νοσοῦντα, φυλακτέον ἀθρόας τε καὶ πολλὰς κενώσεις. οἷον δέ τι σύμπτωμα καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος ὑπολογιστέον κρᾶσιν, ὅταν γε ἀκριβῶς ᾖ θερμὴ καὶ ξηρὰ καθάπερ τῆτες ἐν τῷ μεταξὺ κυνὸς ἀνατολῆς καὶ ἀρκτούρου. καὶ διὰ τοῦτο πάντες ἀπέθανον, ὧν οἱ μηδ᾽ ὅλως ταῖς ὥραις προσέχοντες ἰατροὶ τὰς φλέβας τεμεῖν ἐθάῤῥησαν. οὕτω δὲ καὶ εἰ ψυχρά τις εἴη πάνυ σφόδρα, καὶ γὰρ οὖν καὶ τότε φυλακτέον ἀποχεῖν τι τοῦ αἵματος, εἰδότας οὐ μικροὺς ἐν τοῖς τοιούτοις ἀκολουθεῖν κιν(204)δύνους. ἀπόλλυνται δ᾽ οἱ μὲν ἐν ταῖς θερμαῖς πάνυ καταστάσεσιν οὐκ ὀρθῶς κενωθέντες ὑπὸ τῆς καλουμένης συγκοπῆς τε καὶ διαφορήσεως. οἱ δ᾽ ἐν ταῖς ψυχραῖς ἐν ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν καταψυχθέντες σφοδρῶς οὐκέτ᾽ ἀναφέρουσι. ταῦτ᾽ ἄρα καὶ τῶν χωρίων οὔτ᾽ ἐν τοῖς θερμοῖς ἄγαν οὔτ᾽ ἐν τοῖς ψυχροῖς αἵματος ἀφαιρέσει θαῤῥοῦμεν. ἀλλ᾽ ἐὰν μὲν ὁμολογῇ τὰ τῆς ὥρας τῷ χωρίῳ, παντάπασιν ἀπεχόμεθα· μὴ ὁμολογούν-

ſymptomati eſt relinquendum, quod plerumque ſudores movet, vigilias adfert et robur dejicit aegrotantis. Ad eundem autem modum ſi vehemens vigilia dolorque gravis aegrotum infeſtet, ſubitas ac multas vacuationes vitare oportet. Aëris vero ambientis temperatura, quum omnino calida et ſicca eſt, qualis inter Canis et Arcturi exortum, ſymptomatis loco habenda eſt. Quocirca omnes quibus medici neglecta temporum ratione venam ſecare auſi ſunt perierunt. Ad eundem modum, ſi vehementer admodum frigida ſit, nam tum quoque a ſanguinis miſſione eſt temperandum, quando in talibus non parva ſequi pericula videmus. Etenim in calidis vehementer aëris conſtitutionibus improbe vacuati ſyncope, ut vocant, ac reſolutione intereunt. At in frigidis per acceſſionum initia vehementer refrigerati non amplius relevantur. Igitur neque in calidis neque in frigidis ſupra modum regionibus ſanguinem mittere audemus. Quod ſi regioni temporis conditio reſpondeat, omnino abſtinemus, at ſi non

Ed. Chart. X. [358. 359.] Ed. Baf. IV. (204.)

των δὲ κενοῦμεν μὲν, ἀλλ᾽ ἔλαττον πολὺ ἢ ὡς εἰ μηθ᾽ ἕτερον ἐκώλυεν. οἷον δέ τι σύμπτωμα καὶ τὸ τοῦ νοσοῦντος εὐπαθὲς ὑφορᾶσθαι χρή. πολλοὶ γὰρ οὔτ᾽ ἐκενώθησάν ποτε οὔτε κένωσιν ἀθροωτέραν οὐδεμίαν οὔτ᾽ ἀσιτίαν μακροτέραν φέρουσιν· ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἄῤῥωστοι τὴν ἅπασαν ἰσχὺν τοῦ σώματος [359] ἐπ᾽ αὐτοῖς γίνονται ῥᾳδίως· οἱ δ᾽ εὐθὺς τὸν στόμαχον φαύλως ἴσχουσιν, ὥστε ἀποστρέφεσθαι τὰ σιτία· καὶ εἰ βιασάμενοι λάβοιεν ἢ μὴ κατέχειν ἢ μὴ πέττειν καλῶς. ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς διαγνώσεως καὶ τὴν κρᾶσιν τοῦ νοσοῦντος θεωρητέον. ὅσοι γὰρ θερμοὶ καὶ ξηροὶ φύσει τυγχάνουσιν ὄντες, οὗτοι πάντες ὑπὸ τῶν ἀθρόων κενώσεων ῥᾳδίως βλάπτονται. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἔθος οὐ μικρὰ μοῖρα πρός τε τἄλλα σύμπαντα καὶ οὐχ ἥκιστα πρὸς τὴν τῆς κενώσεως ἔνδειξιν. οἱ μὲν γὰρ οὔτ᾽ ἐκενώθησαν ἔμπροσθεν οὔτε ποτὲ κένωσιν ἀθρόαν ὑπήνεγκαν, παμπόλλοις σιτίοις ἐχρῶντο. τινὲς δ᾽ ἔμπαλιν οὔτε πολλοῖς χρῶνται σιτίοις καὶ κενώσεων ἐθάδες εἰσί. τούτους μὲν οὖν ἀδεῶς κενωτέον, ὅταν γε καὶ τἄλλα ὑπαγορεύῃ. τοὺς δ᾽ ἑτέρους τοὺς ἀήθεις οὐδ᾽ εἰ

confentit, vacuamus quidem, fed longe minus quam fi neutrum vetaret. Quin etiam velut fymptoma quoddam ad fufcipiendam affectionem proclivitas confideranda eft. Multi enim nunquam evacuati fuerunt, neque ullam pleniorem vacuationem neque longiorem inediam ferunt, ut quae aliis omnes corporis vires facile dejiciant, aliis ftatim os ventris adeo male afficiant, ut a cibis abhorreant et fi affumere cogantur, aut non contineant aut improbe coquant. In hac dignotionis parte expendenda eft aegri temperies. Natura enim calidi et ficci omnes ab integra vacuatione prompte laeduntur. Confuetudo quoque non parum habet momenti, cum ad alia omnia, tum maxime ad vacuationis indicationem. Alii enim nunquam funt vacuationem ante experti neque integram pertulerunt largoque cibo ufi funt. Alii contra amplo cibo nec utuntur et vacuationibus funt affueti. Hos igitur intrepide vacuare oportet, modo reliqua id faciendum dictent. Alios vero nempe infolitos non item;

τἄλλα σύμπαντα προτρέποιτο. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τὰς ἕξεις τοῦ σώματος χρὴ σκοπεῖσθαι. τοῖς μὲν γὰρ πυκνὴν καὶ στερεὰν ἔχουσι τὴν σάρκα δυσπαθὴς ἡ ἕξις. ὥστ᾽ οὐδὲν χρὴ δεδιέναι κενοῦν αὐτοὺς εἰσάπαξ, ἤν γε καὶ τἄλλα κελεύῃ. τοῖς δὲ μαλακήν τε καὶ βρυώδη καὶ διαῤῥέουσαν ἑτοίμως εὐπαθὴς ἐστι δεινῶς. ὥστε τῶν γε τοιούτων οὐδ᾽ εἰ πάντα τἄλλα κελεύοι, τοῦ αἵματος ἀποχεῖν οὐδὲ τότε τολμητέον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις κενώσεσι καθ᾽ ὅσον οἷόν τε μετρίως τε καὶ εὐλαβῶς χρηστέον. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσοι παχεῖς ὑπερβαλλόντως ἢ ἰσχνοὶ, καὶ γὰρ καὶ τούτων τάς τε φλέβας τέμνειν φυλακτέον καὶ τὰς ἄλλας κενώσεις τὰς ἀθρόας εὐλαβητέον. εἴη δ᾽ ἂν ἐν τούτοις καὶ ἡ ἡλικία, καθάπερ τι σύμπτωμα κωλυτικὸν ἀθρόας κενώσεως· οὔτε γὰρ οἱ παῖδες οὔθ᾽ οἱ γέροντες ἀλύπως αὐτὰς φέρουσι. πάντας οὖν τοὺς εἰρημένους, ὅταν αἱ διαθέσεις κένωσιν ὑπαγορεύωσιν, οὐχ ἅπαξ οὐδ᾽ ἀθρόως, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ κενωτέον, ἀσιτίαις τε συμμέτροις καὶ τρίψεσι καὶ κλύσμασι μαλακοῖς, καταιονήσεσί τε καὶ καταπλάσμασι καὶ βαλανείοις· ἑκάστου πάλιν τούτων τὴν ἔνδειξιν ἀπὸ τῶν

etiamſi reliqua omnia ſuadeant. Ad eundem vero modum et corporis habitus contemplandi ſunt. Nam qui denſa ſolidaque ſunt carne, haud facile iis injuriis patent. Itaque verendum non eſt eos ſemel vacuare ſi et alia hortentur. Qui vero mollem et algae modo teneram prompteque diſſluentem hanc habent, in gravem noxam facile ruunt. Quare ab his etiamſi omnia alia ſuadeant, ſanguinem ducere non audemus, verum aliis vacuationibus, quam moderatiſſime promptiſſimeque fieri poteſt utimur. Similiter autem et his, qui habitu ſunt immodice vel obeſo vel gracili venam ſaecare et alio quovis modo affatim vacuare timendum eſt: His vero aetas tanquam ſymptoma quoddam, quod affatim vacuare prohibeat, annumerari poteſt, neque enim pueri neque ſenes ſine moleſtia hanc vacuationem ſuſtinere poſſunt. Hos igitur commemoratos omnes efflagitante vacuationem affectu non ſemel nec affatim ſed paulatim vacuare oportet, mediocribus inediis, frictionibus, mollibus clyſteribus, fotibus, cataplaſmatis et balneis. Quorum omnium rur-

προειρημένων λαμβάνοντας. οὕτω δὲ καὶ εἰ δύο ποτὲ συμπτώματα ἐναντία παρακολουθοίη, σκέπτεσθαι χρὴ, ὁπότερον αὐτῶν ἰσχυρότερόν ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ νοσήματα δύο περὶ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον εἴη, μαχομένας τὰς ἐνδείξεις ποιούμενα· καὶ γὰρ καὶ τότε πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἵστασθαι χρὴ, μηδὲ θατέρου παντάπασιν ἀμελοῦντας. τὰς δ' ἀπὸ τῶν συμπτωμάτων τε καὶ νοσημάτων ἐνδείξεις οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐργαζομένην ἕκαστον αἰτίαν χρὴ σκοπεῖν, οἷόν ἐστι ἡ λειποθυμία καὶ ἡ ἔκλυσις. εἰώθασι γὰρ οἱ ἰατροὶ καθ' ἑνὸς πράγματος ἄμφω ταῦτα τὰ ὀνόματα φέρειν· αὐτὸ μὲν οὖν τὸ πρᾶγμα ἕν ἐστιν, αἰτίαι δ' αὐτοῦ πολλαί. λειποθυμοῦσι γὰρ ἐπί τε χολέραις καὶ διαῤῥοίαις καὶ δυσεντερίαις καὶ λυεντερίαις καὶ γυναικείῳ ῥῷ καὶ τραύμασιν, αἱμοῤῥοΐσι τε καὶ ἀναγωγαῖς αἵματος καὶ ταῖς διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίαις καὶ λοχείαις καθάρσεσιν ἀμέτροις. ἤνεγκε δέ ποτε καὶ ἀπεψία μεγάλη λειποθυμίαν καὶ μάλισθ' ὅταν ἀμετρότερον ὑπαγάγῃ τὴν γαστέρα. καὶ ὁ βούλιμος δὲ καλούμενος οὐδὲν ἄλλο ἢ λειποθυμία ἐστί. καὶ ὑστερικῆς πνίξεως ἁπάσης λειποθυμία προη-

ſus indicationes ab iis quae ante memorata ſunt deſumere oportet. Ad eundem vero modum, ſi quando duo ſymptomata contraria ſequantur, utrum eorum ſit vehementius conſiderandum eſt. Pari ratione ſi duo morbi in eodem homine pugnantes habent indicationes, tunc enim urgenti eſt inſiſtendum, ſed altero nequaquam neglecto. Quae autem a ſymptomatis et morbis ſumuntur indicationes, non ſimpliciter, ſed pro cauſa quae unumquodque attulit conſiderandae ſunt, velut animi defectio ac exſolutio. Sunt enim pro una eademque re ambo haec nomina a medicis uſitata, ipſa quidem res una eſt, ſed ejus cauſae multae. Anima enim deficit ex cholera, diarrhoea, dyſenteria, lienteria, fluxu muliebri, vulneribus, haemorrhoidibus, ſanguinis tum ex ore tum e naribus profuſione, immodicisque ex partu purgationibus. Nonnunquam vero animae defectum attulit magna cruditas, praeſertim quum alvum immodice ſubduxit. Et ingens fames, quae bulimos dicitur, nihil aliud eſt quam

γεῖται· καὶ ταῖς ἀναδρομαῖς τῶν ὑστέρων ἕπεται καὶ ταῖς παρεγκλίσεσι δὲ καὶ ταῖς φλεγμοναῖς αὐτῶν πολλάκις ἀκολουθεῖ. προηγεῖται δ' ἀποπληξίας τε καὶ κακοήθους ἐπιληψίας καὶ διαφορήσεων καὶ τῶν συγκοπῶν καὶ μαρασμῶν. ἀλλὰ καὶ συνεισβάλλει ποτὲ καταβολαῖς πυρετῶν οὐκ ὀλίγαις καὶ μάλισθ' ὅταν ἄκρως ἢ ξηρὸν καὶ αὐχμῶδες ἢ πληθωρικὸν ἀμέτρως τὸ σῶμα. καὶ καυσώδει δὲ καὶ κακοήθει πυρετῷ συνεισέβαλέ ποτε· καὶ τοῖς μεγάλως καταψυχθεῖσι τὰ ἄκρα τοῦ σώματος ἐν ταῖς εἰσβολαῖς τῶν πυρετῶν· [360] καὶ ὅσοι διὰ μέγεθος φλεγμονῆς ἢ ἥπατος ἢ κοιλίας ἢ στομάχου πυρέσσουσι, καὶ οὗτοι λειποθυμοῦσι κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν παροξυσμῶν· μάλιστα δ' οἷς πλῆθος χυμῶν ὠμῶν καὶ ἀπέπτων καί τις ἔμφραξις ἐπικαίρου μορίου. λειποθυμοῦσι δὲ καὶ ὅσοις τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἄῤῥωστον, ἢ ὑπὸ μοχθηρίας χυμῶν δάκνεται ἢ ὑπὸ παχέων ἢ γλίσχρων ἢ ὑγρῶν ἢ ψυχρῶν βαρύνεται. καὶ μὲν δὴ καὶ ψυχικῶν παθῶν ἰσχύϊ λειποθυμοῦσί τινες· μάλιστα δὲ πρεσβῦται πάσχουσιν αὐτὸ καὶ οἱ ἄλλως ἀσθενεῖς. καὶ γὰρ λυπηθέντες αὐτῶν πολλοὶ καὶ χαρέντες καὶ

animi deliquium. Omnem etiam uteri ſtrangulatum antecedit lipothymia, quemadmodum ejus tum aſcenſum tum deflexum in latus tum inflammationes saepe ſequitur. Sed et apoplexiam, comitialem morbum, ſi quidem malignus eſt, reſolutionem, ſyncopen et marcorem anteit. Nonnunquam cum febrium acceſſionibus non paucis accedit: maxime ſi corpus ſumme aridum ſit ac ſqualidum aut immodice plenum. Cum febre quoque ardenti ac maligna, aliquando et quibus per febrium acceſſiones extrema vehementer refrigerata ſunt, quique ob inflammationis vel jecoris vel ſtomachi magnitudinem febricitant, iis per acceſſionum initia anima deficit, praeſertim ubi crudorum minimeque coctorum humorum multitudo aut inſignis alicujus partis obſtructio infeſtat. Item et quibus os ventris aut imbecillum eſt aut a vitioſis humoribus mordetur aut craſſis vel glutinoſis vel humidis vel frigidis ingraveſcit. Quin et nonnulli affectuum animi vehementia deficiunt, praecipue ſenes quique ex aliis imbecillitate aliqua laborant. Etenim ipſo-

θυμωθέντες ἐλειποθύμησαν. ἀλλὰ καὶ νοτίδες ἔσθ' ὅτε μὴ κατὰ καιρὸν τοῖς οὕτως ἔχουσιν ἐπιφαινόμεναι λειποθυμίας ἐπιφέρουσιν, ὥσπερ καὶ τοῖς ἰσχυροτέροις ἱδρῶτες ἄμετροι. καὶ εἰ ἀπόστημά τι ῥαγείη, βλάπτει τὴν δύναμιν ἰσχυρῶς· καὶ μάλιστα εἰ ῥαγὲν ἀθρόως εἰς κοιλίαν ἢ εἰς στόμαχον ἢ εἰς θώρακα συῤῥέοι. καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τέμνοντες ἀποστήματα εἰ τὸ πῦον ἀθρόως ἐκκενώσωμεν, ἀνάγκη λειποθυμῆσαι· καὶ εἰ καθαίροντες ἢ κλύζοντες ἢ ὁπωσοῦν κενοῦντες, ἀθροώτερον αὐτὸ δράσωμεν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸ ἐν τοῖς ὑδέροις ὑγρὸν καί τοι περιττὸν ὂν καὶ παρὰ φύσιν ἀλύπως ἀνέχεται τὴν ἀθρόαν κένωσιν, ἀλλὰ ἀνάγκη καὶ τότε λειποθυμῆσαι τὸν ἄνθρωπον. ἀλλὰ καὶ διὰ μέγεθος ὀδύνης ἐκλύσεις γίνονται δήξεών τινων ἢ στρόφων ἢ εἰλεῶν ἢ κωλικῆς διαθέσεως ἐξαίφνης ἐμπεσούσης. ἀλλὰ καὶ νεῦρον τρωθὲν καὶ μυὸς κεφαλὴ λειποθυμίαν ἤνεγκε καὶ τὰ ἐν τοῖς ἄρθροις ἕλκη τὰ κακοήθη καὶ τὰ γαγγραινώδη καὶ νομώδη σύμπαντα καί τις ἄμετρος ψύξις ἢ θερμασία καὶ

rum non paucis moeror, laetitia ac excandescentia hunc animi defectum intulerunt. Nonnunquam vero et intempestive erumpentes vapores hoc modo affectis animi deliquium induxerunt. Quemadmodum et robustioribus immodici sudores. Praeterea abscessus eruptio vires vehementer laedit, maximeque si in ventrem, stomachum aut thoracem affatim confluit. Et si nos aliquando secto abscessu pus affatim vacuemus, necessario deficit anima, quemadmodum si uberius purgemus vel inaniamus seu clysteribus seu alio quovis modo idem malum adferemus, neque vero in hydrope humor, etsi abundet et praeter naturam sit, semel totus citra noxam vacuari potest, alioqui hominem deficere animo necesse est. Sed et doloris vehementia vires prosternit, nimirum si repente vel morsus incidat vel tormina vel colicus affectus vel ileos vel aliud malum oboriatur. Porro vulneratus nervus et musculi caput animae deliquium induxerunt, et maligna articulorum ulcera et gangraenosa et depascentia omnia ac immoderata quaedam frigiditas aut

Ed. Chart. X. [360.] Ed. Bas. IV. (204. 205.)

ἡ τοῦ ζωτικοῦ τόνου λύσις. αὗται μὲν αἱ τῆς λειποθυμίας αἰτίαι. καθ᾽ ἑκάστην δὲ αὐτῶν ἡ θεραπεία ἴδιος, καὶ γράφειν νῦν ὑπὲρ πασῶν οὐκ ἐγχωρεῖ. τὰς γὰρ ἐν τοῖς πάθεσι συνεδρευούσας οὐχ οἷόν τε χωρὶς ἐκείνων ἰάσασθαι. τοσοῦτον οὖν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ ἐροῦμεν περὶ αὐτῶν, εἰς ὅσον ἄν τις μαθὼν ἱκανὸς εἴη τοῖς ἐξαίφνης ἐμπίπτουσιν ἐνίστασθαι παροξυσμοῖς. οἷον ὅτι τοῖς μὲν χολέραις καὶ διαῤῥοίαις καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς πολλαῖς καὶ ἀθρόαις κενώσεσιν ἐκλυομένοις ὕδωρ τε ψυχρὸν προσραίνειν καὶ τοὺς μυκτῆρας ἐπιλαμβάνειν καὶ ἀνατρίβειν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς καὶ κελεύειν ἐμεῖν ἢ σπαράττειν τὸν στόμαχον ἤτοι δακτύλων ἢ πτερῶν καθέσεσιν· ἀλλὰ καὶ χεῖρας καὶ σκέλη καὶ πόδας διαδεῖν· εἶναι δὲ χρὴ καὶ τοὺς δεσμοὺς πλείονας μὲν καὶ σφοδροτέρους ἐν ταῖς χερ(205)σὶν, ὅταν διὰ τῶν κάτω μερῶν αἱ κενώσεις γίγνωνται, καθάπερ ἐν ταῖς αἱμοῤῥοΐσι καὶ διαῤῥοίαις ὅσας τε διὰ τῶν ὑστερῶν αἱ γυναῖκες κενοῦνται. τὸ γὰρ τὰ σκέλη τηνικαῦτα σφοδρῶς διαδεῖν ἐπισπᾶταί τι κάτω πολλάκις. ἔμπαλιν δ᾽ ἐν ταῖς διά τε ῥινῶν αἱμοῤῥαγίαις καὶ τοῖς ἐμέτοις οἱ δεσμοὶ πλείονές τε καὶ σφοδρότεροι κατὰ τὰ σκέλη γιγνέ-

caliditas et vitalis roboris solutio. Hae quidem sunt animae deficientis causae. Singulae vero earum propriam desiderant curationem, sed nunc de omnibus scribendi locus non est. Nam quae affectibus insunt, sine his curari non possunt. De his igitur in hac disputatione eatenus disseram, quatenus discat aliquis, quomodo repente incidentibus accessionibus occurrere possit. Frigida exempli gratia iis spargenda est, qui ex cholera, alvi profluvio ac aliis multis subitisque vacuationibus exsolvuntur. Nares quoque comprimendae sunt et os ventris perfricandum vomitusque imperandus aut stomachus insertis in os vel digitis vel plumis lacessendus, sed brachia et crura vincienda sunt, manus quidem pluribus et vehementibus vinculis, quum infernae partes vacuantur ut in haemorrhoidibus, alvi fluxione et uteri vacuatione. Nam tunc crura vehementer revincta deorsum saepe aliquid attrahunt. Contra vero in sanguinis e naribus eruptione et in vomitionibus crura et pluribus et valentioribus ligaturis

σθῶσαν. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅσοις ἐπὶ τρώμασιν αἱμοῤῥαγοῦσιν, ὡσαύτως ἄνω μὲν ἐπὶ τοῖς κάτω· κάτω δ' ἐπὶ τοῖς ἄνω τὰ δεσμὰ περιβάλλειν. ἐξευρίσκειν δέ τι καὶ ἀνάῤῥοπον σχῆμα τῷ μέρει, μὴ μέντοι πάνυ σφόδρα· τεινόμενον γὰρ ἐν τῷδε καὶ πονοῦν οὐδὲν ἧττον ἢ εἰ κατάῤῥοπον ἦν παροξύνεται. τὸ δὲ σύμπαν ἢ ἐπὶ τὰ κοινὰ ἀντισπᾷν τοῖς πεπονθόσιν ἢ ἐπὶ τὰ τῆς κενώσεως κατάρξαντα· διὰ τοῦτο τὰς μὲν ἐκ τῶν ὑστερῶν ἀθρόας κενώσεις αἱ παρὰ τοὺς τιτθοὺς προσβαλλόμεναι σικύαι τάχιστα παύουσι· τὰς δὲ [361] διὰ τῶν ῥινῶν ἥπατί τε καὶ σπληνὶ κατὰ τὴν αἱμοῤῥαγοῦσαν ῥῖνα, καὶ εἰ δι' ἀμφοτέρων ἀθρόον καὶ πολὺ φέροιτο, τοῖς σπλάγχνοις ἀμφοτέροις προσβάλλειν. ἰᾶται δὲ καὶ οἶνος ὕδατι ψυχρῷ κεκραμένος τὰς ἐπὶ ταῖς ἀθρόαις κενώσεσιν ἐκλύσεις καὶ μάλιστα τῶν εἰς τὴν γαστέρα ῥεπόντων ῥευμάτων. ἐπισκοπεῖσθαι δὲ ἤν μή τι κωλύῃ τὴν τοιαύτην δόσιν, οἷον εἰ σπλάγχνον τι φλεγμαῖνον ἢ κεφαλῆς ἄλγημα σφοδρότερον ἢ παρακρουστικόν τι πάθος ἢ πυρετὸς καυσώδης ἐν ἀπέπτῳ νοσήματι. μεγάλαι

ſtringenda ſunt. Quin etiam quibus ſanguinem vulnera profundunt, ſi quidem id in ſuperioribus partibus accidat, infernae, ſin infernis, ſupernae vinculis adſtringendae ſunt. Invenienda enim vulnerato loco figura eſt quae ſurſum vergat, non tamen ſupra modum, nam ſi adeo tendatur ut dolorem ſentiat, non minus quam ſi deorſum vergeret fluxio irritabitur. In ſumma autem ad ea revellere oportet vel quae communitatem cum affectis partibus habent, vel a quibus humor decurrit, proinde vehementes uteri fluxiones admotae mammis cucurbitulae celerrime compeſcunt, ſanguinis vero e naribus eruptionem, eaedem jecori et lieni pro nare ſanguinem fundente aut ambobus viſceribus, ſi cruor ex utraque nare affatim abundeque profluat, affixae cohibent. Vinum quoque aqua gelida dilutum animi defectiones ex immodicis vacuationibus ſanat, maxime ſi ad ventriculum fluxio repat. Conſiderandum autem eſt, num id adhiberi aliquid prohibeat; qualis eſt viſceris alicujus inflammatio aut vehemens capitis dolor aut deliratio aut

Ed. Chart. X. [361.] Ed. Baſ. IV. (205.)

γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ σχεδὸν ἀνίατοι ταῖς τῶν οἴνων πόσεσιν ἕπονται βλάβαι. μηδενὸς δὲ κωλύοντος, ἐφεξῆς δεῖ διορίζεσθαι τήν τε φύσιν τοῦ νοσοῦντος καὶ τὸ ἔθος καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος κρᾶσιν· εἰς ταῦτα γὰρ ἀποβλέπων ἢ θερμὸν ἢ ψυχρὸν δώσεις τὸ πόμα. τοὺς μὲν γὰρ ἀήθεις ψυχροῦ πόματος ἢ καὶ φανερῶς βλαπτομένους ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ ὅσοι φύσει ψυχρότεροι καὶ τοὺς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ ἢ καὶ χωρίῳ ψυχροτέρῳ φύσει ἢ καὶ χειμῶνος εἴργειν τοῦ ψυχροῦ. τοῖς δ᾽ ἐναντίως ἔχουσιν ἀδεῶς διδόναι πίνειν. ἔστω δὲ καὶ οἶνος ἐπὶ μὲν τοῖς εἰς τὴν γαστέρα ῥεύμασι θερμός τε καὶ λεπτὸς, οἷος ὁ Λέσβιος. ἐπὶ δὲ ταῖς αἱμοῤῥαγίαις παχύς τε καὶ μέλας καὶ στρυφνός. ἐπὶ δὲ τοὺς τόπους αὐτοὺς ἐπιτιθέναι, γαστρὶ μὲν καὶ μήτρᾳ καὶ στομάχῳ καὶ θώρακι τὰ τονοῦν πεφυκότα. κεφαλῇ δὲ καὶ μετώπῳ καὶ ταῦτα καὶ τὰ ψύχοντα. καὶ ἐφ᾽ ὧν ἐπιπολῆς καὶ κατὰ τοὺς μυκτῆρας φλεβῶν εἴη τις ἐῤῥωγυῖα, τῶν ἐπεχόντων φαρμάκων τὸ αἷμα ἐπιτιθέναι. λουτρὰ δὲ τοῖς μὲν εἰς τὴν γαστέρα ῥεύμασιν ἐπιτη-

ardens febris cum morbo crudo. Magnae enim ac propemodum incurabiles ex vini potu noxae ſequuntur. Quod ſi nihil prohibeat, deinceps aegrotantis natura, conſuetudo, aetas et ambientis aëris temperies conſideranda eſt, quibus perſpectis aut calidum aut frigidum potum dabis. Nam qui frigidum bibere non conſueverunt, aut eo manifeſte laeduntur, quique natura frigidiores ſunt ac extreme ſenes aut in regione naturaliter frigida degunt aut hiberno tempore, a frigido arcendi ſunt. Qui vero aliter habent potare intrepide poſſunt. Quod ſi ventriculus fluxione tentetur, vinum calidum ac tenue, quale Leſbium eſt, detur. Craſſum vero ac nigrum acerbumque in ſanguinis eruptione. Locis autem ipſis ventri quidem et utero et ſtomacho et thoraci quae robur parti inſerere idonea ſint admovere oportet. Capiti vero et fronti tum haec tum quae refrigerent. Et ſi qua in ſumma cute aut naribus rupta vena eſt, aliquod ex iis quae ſanguinem ſiſtunt medicamentum imponendum eſt. Balneae autem commodiſſimae ſunt, ſi defluxionis initi-

διότατα· τὰς δ' αἱμοῤῥαγίας δεινῶς παροξύνει. καὶ ὅσοι διὰ πλῆθος ἱδρώτων λειποθυμοῦσι, καὶ τούτοις ἐναντιώτατα, χρὴ γὰρ αὐτῶν στύφειν τε καὶ ψύχειν, οὐ χαλᾷν τὸ δέρμα. καὶ τὸν οἶνον ψυχρὸν μάλιστα διδόναι τούτοις καὶ μηδὲν ὅλως προσφέρειν θερμόν. ἀλλὰ μηδὲ διαδεῖν τὰ κῶλα, μήδ' ἀναγκάζειν ἐμεῖν, μηδὲ κινεῖν ὅλως. καὶ πνευμάτων εἰσόδους ψυχόντων ἐπιτεχνᾶσθαι καὶ τὸν ἀέρα τοῦ οἴκου τρέπειν εἰς ψύχουσάν τε καὶ στρυφνὴν ποιότητα, μυρσίναις τε καὶ ἀμπέλων ἕλιξι καὶ ῥόδοις καταστρωννύντα τοὔδαφος· τούτων οὐδὲν χρήσιμον τοῖς εἰς τὴν γαστέρα ῥεύμασιν, αὔξεται γὰρ εἰς ὅσον ἂν πυκνωθῇ τὸ δέρμα. τοῖς μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς κενώσεσιν ἐκλυομένοις οὕτω βοηθεῖν ἔν γε τῷ παραχρῆμα. τοῖς δ' ἐπὶ πλήθεσιν οὐκ ἔθ' ὁμοίως, ἀλλὰ τρίβειν ἐπὶ πλεῖστον ἐπ' ἐκείνων τὰ κῶλα καὶ θερμαίνειν καὶ διαδεῖν. οἴνου δὲ καὶ τροφῆς ἀπέχειν καὶ λουτρῶν, εἰ πυρέττοιεν· ἀρκεῖ δ' αὐτοῖς μελικράτου τε διδόναι πόμα ἢ θύμου ἢ ὀριγάνου ἢ γλήχωνος ἢ ὑσσώπου ἔχοντος ἐναφηψημένον. ἐπιτήδειόν δὲ καὶ

riam venter patiatur, fed fanguinis eruptionem vehementer irritant. Atque iis etiam adverfiffima funt, quibus ex fudoris copia deficit anima, quando his cutis laxanda non eft, fed adftringenda ac refrigeranda. Vinum quoque frigidum maxime eft adhibendum, nihil vero quod calidum fit omnino dandum eft. Sed nec membra ligare nec cogere ad vomitum nec ullo modo movere oportet. Domus porro aditus refrigeranti aurae expofitus fit, aerque in frigidam denfantemque qualitatem mutetur myrti frondibus, vitium capreolis ac rofis humi fparfis, nihil horum fluxionibus quae in ventrem feruntur confert, has enim tantum augent quantum cutem denfant. His igitur qui ex vacuationibus exfolvuntur, fic in praefens eft fuccurrendum. Qui vero humorum multitudine animo deficiunt haud ita curantur, verum illorum artus plurimum fricandi funt, calefaciendi ac ligandi. Caeterum a vino et cibis temperare debent, atque etiam a balneis fi febris adfit, contenti mulfae potu, in qua thymum, origanum, pulegium vel hyffopum concoctum fit.

Ed. Chart. X. [361. 362.] Ed. Baf. IV. (205.)

ὀξύμελι. καὶ τὰς ἐφ' ὑστέραις δὲ πεπονθυίαις ἐκλυομένας ὡσαύτως ἰᾶσθαι, πλὴν ὀξυμέλιτος, καὶ διαδεῖν καὶ τρίβειν σκέλη μᾶλλον ἢ χεῖρας. καὶ ὥσπερ ἐπ' ἐκκρίσει πολλῇ παρὰ τοὺς τιτθοὺς σικύας ἐπιτίθεμεν, οὕτως αἷς ἀνέσπασται καὶ παρέσπασται, βουβῶσί τε καὶ μηροῖς προσάξομεν. καὶ ταῖς μὲν ῥισὶν ὀσφραντὰ δυσωδέστατα, ταῖς δὲ μήτραις εὐώδη. καὶ τὰ χαλᾶν καὶ θερμαίνειν δυνάμενα φάρμακα προσοίσομεν. εἰ δ' ἄῤῥωστος ὁ στόμαχος εἴη καὶ ταύτῃ λειποθυμοῖεν, ἐπιπλάττειν μὲν τοῖς τονοῦν δυναμένοις, οἷα τά τε διὰ τῶν φοινίκων ἐστὶ [362] καὶ οἴνου καὶ ἀλφίτων καὶ κρόκου καὶ ἀλόης καὶ μαστίχης· ἐπιβρέχειν δὲ τοῖς δι' ἀψινθίου καὶ μηλίνου καὶ μαστιχίνου καὶ νάρδου καὶ οἰνάνθης καὶ οἴνου. καὶ εἰ ἐκκαίοιντο, μιγνύναι τι καὶ τῶν ψυχόντων, οἷον τῆς τε κολοκύνθης τὸν χυλὸν καὶ τῆς θριδακίνης καὶ τῆς ἀνδράχνης καὶ τοῦ στρύχνου καὶ τῆς σέριος καὶ τοῦ ὄμφακος. οὗτος μέν γε οὐ ψύχει μόνον, ἀλλὰ καὶ στύφει. καὶ ψυχρὸν ὕδωρ τοῖς διακαιομένοις τὸν στόμαχον ὤνησε πολλάκις ἐν καιρῷ δοθὲν, ἄλλως δὲ μεγάλως βλάπτει. καὶ χρὴ μᾶλλον οἴνου θερμοῦ

Confert autem et acetum mulfum. Quae porro ex uteri affectibus mulieres animo deftituuntur, eodem modo curantur, excepto aceto mulfo. His etiam crura potius, quam brachia deliganda funt atque perfricanda, et quemadmodum in larga fluxione mammis cucurbitulas admovemus, fic quibus furfum revulfus retractusque in latus eft uterus inguinibus et femoribus. Naribus quoque objiciendi funt graviffimi odores, utero vero fuaves. Adhibenda item funt laxantia ac calefacientia medicamenta. Si vero ex ftomachi imbecillitate animi deliquium fequatur, imponere quae roborandi vim obtineant emplaftra, qualia funt quae ex palmulis conficiuntur, vino, polentis, croco, aloë et maftiche, perfundere vero oleo abfinthino, melino, maftichino, nardino, oenanthino et vino oportet. Aeftuante autem ftomacho, aliquid quod refrigeret mifcendum eft, qualis eft cucurbitae, lactucae, portulacae, folani, feris et uvae acerbae fuccus. Haec enim non folum refrigerat, fed et adftringit et aqua frigida ardenti ftomacho plerumque confert opportune data. alioqui magno-

διδόναι τοῖς ἀῤῥώστοις τὸν στόμαχον, εἰ μηδὲν ἄλλο κωλύει· ὤνησε δὲ μεγάλως τοὺς τοιούτους στομάχους καὶ ἡ τῶν ἀκρωτηρίων τρίψις. εἰ δ' ἐπὶ τούτοις βελτίους μὴ γένοιντο, τοὺς μὲν ἐκκαιομένους ἐπὶ λουτρὸν ἄγειν τὴν ταχίστην. ὅσοι δὲ ψύξεώς τινος αἴσθησιν ἔχουσι, τοῦ τε διὰ τριῶν πεπέρεων φαρμάκου καὶ αὐτοῦ τοῦ πεπέρεως μόνου καὶ ἀψινθίου πινόντων. ὅσοι δὲ μοχθηρῶν χυμῶν δακνόντων τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἐκλύονται, διδοὺς ὕδωρ θερμὸν ἢ ὑδρέλαιον ἐμεῖν κελεύειν. εἰ δὲ δυσεμεῖς εἶεν, θάλπειν χρὴ πρότερον αὐτά τε τὰ περὶ τὸν στόμαχον χωρία καὶ πόδας καὶ χεῖρας. εἰ δὲ μηδ' οὕτως δύναιντο, πτερὰ ἢ δακτύλους καθιέντας ἐρεθίζειν. εἰ δὲ μηδ' οὕτως, αὖθις αὐτοῖς ἔλαιον θερμὸν ὅτι κάλλιστον δοτέον. εἴωθε δὲ πολλάκις τοὔλαιον οὐκ εἰς ἔμετον μόνον ὁρμᾷν, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα λαπάττειν· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο οὐ μικρὸν ἀγαθὸν τοῖς παροῦσιν. ὥστ' εἰ μὴ γένοιτο αὐτόματον, ἐπιτεχνᾶσθαι χρή· μάλιστα δὲ τοῖς προσθέτοις αὐτὸ πειρᾶσθαι δρᾷν· εἰ δὲ ῥᾷον ἐπὶ ταῖσδε γένοιτο, καὶ ἀψινθίου

pere laedit. Imbecillo autem ftomacho vinum calidum potius dandum eft, modo nihil aliud prohibeat, ejusmodi autem ftomachi frictionibus extremarum partium mirifice juvantur. Quod fi ex his nihilo melius habeant, exaeftuantes quidem celerrime ad balneum ducendi funt. His vero qui alicujus frigoris fenfu afficiuntur, medicamentum quod triplici pipere conftat folumque piper et abfinthium in potu dandum eft. Qui vero ex vitiofis humoribus os ventris mordentibus exanimantur, epota vel aqua calida vel hydrelaeo vomere jubeantur. At fi non facile vomant, prius partes ftomacho adjacentes et manus et pedes calefaciendi funt. Quod fi ne fic quidem vomere poffint, immiffis in os vel pennis vel digitis ftomachus irritandus eft. Sin neque fic vomant, rurfus oleum calidum quam optimum adhibendum eft. Id autem oleum faepe non folum vomitum provocare, fed et ventrem mollire folet, id quod non parum ad rem de qua agitur facit. Quocirca nifi fponte accidat, arte procurare oportet, maxime vero appofitis remediis, ex quibus fi facilius vomat,

κόμην ἐναφέψων μελικράτῳ διδόναι πίνειν καὶ οἶνον ἐφεξῆς· καὶ παντοίως ῥωννύναι τὰ μόρια διά τε τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων φαρμάκων καὶ τοῦ ἀψινθίου ταῖς πόσεσιν. οὐ μὴν κατ᾽ ἀρχὰς κελεύω σε τοῦτο ποιεῖν οὕτως, ἀλλ᾽ ὕστερον, ἡνίκα μὲν ἤδη καθαρὰ τὰ περὶ τὴν κοιλίαν ᾖ· περιεχομένων δ᾽ ἔτι τῶν χυμῶν ἐν αὐτῇ μηδέπω στύφειν, ἀλλ᾽ ἀρκεῖ θάλπειν μόνον, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. φλέγματος δὲ πολλοῦ καὶ ψυχροῦ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἠθροισμένου, καταντλεῖν μὲν ἐπὶ πλεῖστον, ἐλαίῳ συνέψων ἀψίνθιον· ἐφεξῆς δὲ τοῦ μελικράτου διδόναι ἢ ὑσσώπου ἤ τι τῶν ὁμοίων ἀποβρέχων ὀξυμέλιτός τε καὶ πεπέρεως καὶ τοῦ διὰ τριῶν πεπέρεων καὶ τοῦ διοσπολιτικοῦ φαρμάκου. καὶ τὸ σύμπαν σοι τῆς διαίτης κεφάλαιον τμητικὸν ἔστω. τὰς δ᾽ ἐπὶ ταῖς ἰσχυραῖς ψύξεσιν ἐκλύσεις ὁμοίως τοῖς βουλίμοις ἰᾶσθαι, παντὶ τρόπῳ θερμαίνοντα. τόν τε οὖν οἶνον αὐτοῖς διδόναι θερμῷ κεκραμένον καὶ τροφὰς τὰς θερμαίνειν πεφυκυίας, ἀνατρίβειν τε καὶ θάλπειν παρὰ πυρί. τὰς δ᾽ ἐπὶ θερμασίᾳ πλείονι γινομένας λειποθυμίας τοῖς ἐμψύχειν τε καὶ τονοῦν δυναμένοις. ἐμπίπτου-

abſinthii coma aqua mulſa incocta in potu danda eſt, deinde vinum, modisque omnibus roborandae partes ſunt tum medicamentis forinſecus impoſitis tum abſinthii potu. At non per initia quidem, ſed poſt repurgato jam ventre id faciendum eſſe ſuadeo, quando ſi ſuccos contineat, adſtringendus non eſt, ſed calefaciendus, ut prius dictum eſt. Si vero multa frigida pituita in ore ventriculi collecta ſit, plurimum fovere oportet oleo, in quo abſinthium decoctum ſit, deinde mulſam dare, in qua vel hyſſopum vel id genus aliud maduerit et acetum mulſum et piper, quodque ex triplici pipere conſtat medicamentum et dioſpoliticum. Victus autem ratio omnino incidendi facultate ſit praedita. Ex vehementi autem refrigeratione defectiones non aliter atque bulimum curamus, nimirum calefacientes modis omnibus. Itaque vinum in potu dandum eſt calida temperatum cibique calefacere idonei. Fricare quoque ejusmodi aegrotos oportet, ad ignemque calefacere. Quae vero ex ſupervacuo calore ortum habent lipothymiae, refrigerantia ac roborantia deſi-

(206)σι γὰρ αὗται μάλιστα τοῖς ἐν ἀέρι πνιγώδει καὶ βαλανείῳ χρονίσασι. ῥώσεις οὖν αὐτοὺς ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα τότε ψυχρὸν ὕδωρ προσραίνων καὶ ῥιπίζων καὶ πρὸς ἄνεμον τρέπων καὶ τρίβων τὸ στόμα τῆς κοιλίας καὶ σπαράττων· ἐφεξῆς δ' ἤδη καὶ οἶνον διδοὺς καὶ τροφάς. τοὺς δὲ διὰ μέγεθος φλεγμονῆς ἢ καὶ κακοήθειαν σφοδροῦ πυρετοῦ λειποθυμοῦντας ἐν ταῖς εἰσβολαῖς καὶ καταψυχομένους τὰ κῶλα τρίβων ἰσχυρῶς καὶ θάλπων καὶ διαδῶν σκέλη τε καὶ χεῖρας, ἐγρηγορέναι τε κελεύων καὶ σιτίου παντὸς ἀπέχεσθαι καὶ πόματος. ἄριστον δ' ἐπὶ τούτων προγνῶναι τὸ μέλλον ἔσεσθαι καὶ φθάνειν αὐτὰ πράξαντα πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. καὶ τοὺς διὰ ξηρότητα δὲ συγκοπτομένους ἐν ταῖς τῶν παροξυσμῶν ἀρχαῖς ἄριστον προγινώσκειν. [363] εἰ γὰρ ὥραις που δύο ἢ τρισὶν ἔμπροσθεν πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ θρέψαις, διακρατεῖσθαί τε πόδας καὶ χεῖρας κελεύσειας, οὐκ ἂν ἀπόλοιντο. εἶναι δὲ χρὴ τὰς τροφὰς εὐπέπτους τε καὶ εὐστομάχους. εἰ δὲ καὶ σφοδρὸν τὸν κίνδυνον ὑπονοήσῃς ἔσεσθαι, φθάνειν οἴνου διδόναι καὶ μάλιστ' εἰς χόνδρον ἑφθὸν τὸν οἶνον ἐπιχέας προσφέρειν. εἰ δὲ καὶ ἄρτον ἀντὶ χόνδρου δοίης, ἴσον δύναται.

derant. His enim maxime accidunt, qui diutius in aëre aeftuofo et balneis verfati funt. In praefens igitur robur his reftitues, fi frigidam infpergas ac ventiles et aurae exponas, osque ventris frices ac irrites, poftea vino et cibo reficias. At quibus ob inflammationis magnitudinem aut vehementis febris malignitatem in acceffionibus animus deficit, quique refrigerantur, eorum artus fricare ac calefacere cruraque ac manus ligare, vigilias imperare, cibum potumque in totum circumcidere oportet. Optimum porro in his quid futurum fit praenoffe et ea ante febris acceffionem efficere. Quique ex ficcitate per acceffionum initia in fyncopen labuntur praenoffe optimum. Nam fi duabus tribusve horis ante acceffionem cibum dederis et pedes et manus contineri jufferis, fervari poterit. Cibus autem coctu facilis fit et ftomacho accommodatus. Quod fi vehemens fore periculum fufpiceris, vinum maxime alicae elixae fuperfufum dare anticipabis. Loco autem alicae panis eadem utilitate adhiberi

μετρίας δὲ τῆς συγκοπῆς προσδοκωμένης οὐδὲν οἴνου δεῖ, ἀλλ᾽ ἀρκεῖ τηνικαῦτα ῥοιῶν ἢ ἀπίων ἢ μήλων ἤ τινος ἄλλης ὀπώρας στυφούσης ταῖς τροφαῖς μιγνύναι. καὶ εἰ ἐπὶ τοῖσδε μετρίως τὸν παροξυσμὸν ἐνέγκοιεν, αὖθις τρέφοντας οὐκ ἀναγκαῖον ὀπώραις χρῆσθαι. ταῦτα μὲν πράττειν, εἰ προγνοίης τὸ μέλλον ἔσεσθαι. τοῖς δ᾽ ἐξαίφνης εἰς τὸν κίνδυνον ἐμπίπτουσιν οἴνου τε διδόναι θερμοῦ καὶ ἄρτου καὶ χόνδρου σὺν αὐτῷ θερμοῦ παντελῶς ὀλίγον. εἰ γὰρ τούτοις πλεῖον δοίης ἢ δυσπεπτότερα σιτία τοῖς οὕτως ἔχουσιν, οὐ συγκοπήσονται μόνον, ἀλλὰ καὶ πνιγήσονται τελέως. τοῖς δὲ δι᾽ ἔμφραξιν ἐπικαίρου μορίου λειποθυμοῦσιν ὀξύμελί τε διδόναι καὶ τὸ δι᾽ ὑσσώπου καὶ ὀριγάνου καὶ γλήχωνος καὶ μέλιτος πόμα· καὶ τροφὰς τοῦ τμητικωτέρου τρόπου. τὰ γὰρ παχέα καὶ γλίσχρα μεγάλας ἐν τοῖς τοιούτοις ἐργάζεται βλάβας. ἀλλὰ καὶ τὰ κῶλα τρίβειν τε καὶ διαδεῖν οὐδὲν χεῖρον. ἀγαθὸν δὲ καὶ τοῖς οὖρα κενοῦσι χρῆσθαι πόμασιν, οἷά τέ τε δι᾽ ἀνήθου καὶ μαράθρου καὶ σελίνου καὶ πετροσελίνου καὶ

poteft. Si vero mediocris fyncope expectetur, vino opus non eft: fed tunc abunde feceris, fi mala punica vel pyra vel mala vel pomum aliud quodpiam, adftringendi facultate donatum, cum cibis mifcueris. Poft haec vero fi moderate acceffionem ferant, quum iterum cibus datur, pomorum ufus neceffarius non eft. Haec quidem agenda funt, fi quod futurum eft praefenferis. Si qui vero inopinato in hoc difcrimen inciderint, vini calidi, panis et alicae cum eo calidae momentum dare debebis. Nam fi largiorem aut coctu difficiliorem hoc modo affectis cibum dederis, non folum in fyncopen perducentur, fed omnino fuffocabuntur. Quibus autem animus ex infignis partis obftructione deficit acetum mulfum dandum eft, potioque ex hyffopo, origano, pulegio et melle et cibi ex eorum qui valenter incidunt genere. Craffi enim ac glutinofi magnopere in hoc affectu laedunt. Nihil vero obfuerit artus perfricare ac ligare. Sed et utiliter potiones, quae ciendae urinae facultatem habent, adhibentur, quales ex anetho, foeniculo, apio, petrofelino, ammi,

ἄμμεως καὶ δαύκου καὶ νάρδου στάχυος· ἐφ᾽ οἷς φανερᾶς οὔσης ἤδη τῆς ὠφελείας οἴνῳ χρῆσθαι λευκῷ καὶ λεπτῷ μὴ πάνυ παλαιῷ. γνωριεῖς δὲ τὰς τοιαύτας ἐμφράξεις ταῖς τ᾽ ἄλλαις ἀνωμαλίαις τῶν σφυγμῶν καὶ μάλισθ᾽ ὅσαι κατὰ μέγεθός τε καὶ μικρότητα καὶ σφοδρότητα καὶ ἀμυδρότητα γίνονται, μὴ παρούσης τῆς καλουμένης πληθωρικῆς συνδρομῆς. εἰσὶ γὰρ κἀκείνης κοιναί. γίγνονται δὲ καὶ διαλείποντες ἐπὶ ταῖς μεγάλαις τῶν τοιούτων διαθέσεων οἱ σφυγμοί. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ σφυγμῶν λέγεται. νυνὶ δὲ μεταβῶμεν ἐπὶ τὸν περὶ τῶν ὑπολοίπων ἐκλύσεων λόγον· οἷον ὅσαι τε διὰ ῥῆξιν ἀποστήματος ἢ τομὴν γίγνονται καὶ ὅσαι διὰ κένωσιν ἀθρόαν ἐν ὑδέροις. ἀπόχρη δὲ τούτοις ἐν μὲν τῷ παραυτίκα τοῖς ὀσφραντικοῖς ἀνακτήσασθαι· μικρὸν δ᾽ ὕστερον ῥοφήμασιν εὐπέπτοις χρῆσθαι. εἰ δὲ διὰ λύπην ἢ χαρὰν ἢ φόβον ἢ θυμὸν ἢ ἔκπληξιν ἐκλυθεῖεν, ὀσφρητικοῖς τε καὶ ταῖς τῶν ῥινῶν καταλήψεσιν ἀνακτησάμενον ἐμεῖν ἀναγκάζειν. ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς ἐπὶ τραύμασιν ἢ καθάρ-

dauco et fpica nardi funt, quae ubi jam manifefte juverint, vino albo ac tenui non admodum vetere utendum eft. Nofcuntur autem hujusmodi obftructiones cum ex aliis pulfuum inaequalitatibus, tum maxime ex his quae in magnitudine et parvitate, vehementia et debilitate inveniuntur, modo adjuncta fyndrome, *id eft concurfu*, quam plethoricam vocant, non fit. Ea enim communes cum obftructione inaequalitates obtinet. In ejusmodi autem affectibus, fi quidem magni funt, pulfus intermittunt. Verum haec fufius in libris de Pulfibus funt explicata. Nunc vero ad reliquarum animi defectionum difputationem tranfeamus, cujusmodi eft, quae ex abfceffus vel ruptione vel fectione et immodica in his qui hydero laborant vacuatione fit. Satis enim ad praefens fuerit rebus odoris hos reficere, paulo poft autem forbitiones coctu faciles adhibere. At fi ob triftitiam, laetitiam, timorem, excandefcentiam aut pavorem animo conflernantur, odoramentis et narium comprehenfionibus refocillati ad vomitum cogendi funt. Ad eundem modum fi qui ex vul-

σεσιν ἢ ἀλγήμασι τοῖς κατὰ τὰ ἄρθρα καὶ νεῦρα καὶ τῶν μυῶν τοὺς τένοντας ἕν γε τῷ παραχρῆμα δεῖ ἀνακτᾶσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα τὴν προσήκουσαν ποιεῖσθαι τοῦ παθήματος θεραπείαν. αἱ δ᾽ ἐπὶ τοῖς κωλικοῖς πάθεσιν ἢ τοῖς εἰλεοῖς ἢ τινι τῶν οὕτω μεγάλας ἐπιφερόντων ὀδύνας ἑπόμεναι λειποθυμίαι ταῖς τε τῶν πεπονθότων μορίων ἀλέαις μάλιστα καθίστανται καὶ ταῖς τῶν ἄκρων τρίψεσιν. τὰς δὲ δι᾽ ἀῤῥωστίαν οἰκείαν τῶν διοικουσῶν τὸ σῶμα δυνάμεων ἐκλύσεις ἐπὶ δυσκρασίᾳ τῶν μορίων ἐκείνων γιγνομένας, ὅθεν αἱ δυνάμεις ὁρμῶνται, ταῖς ἐναντίαις δυσκρασίαις ἰᾶσθαι προσήκει, θερμαίνοντας μὲν τὰς ψυχρὰς, ψύχοντας δὲ τὰς θερμὰς, ἐπί τε τῶν ἄλλων ἀνάλογον. ἡ μὲν οὖν ζωτικὴ καλουμένη δύναμις, ἣν ἐκ καρδίας ὁρμωμένην ἐδείξαμεν, [364] ἐκ τῶν ἀμυδρῶν σφυγμῶν γνωρίζεται. ἡ δ᾽ ἐξ ἥπατος μὲν ὁρμωμένη, θρεπτικὴ δ᾽ ὀνομαζομένη, ταῖς αἱματώδεσι διαχωρήσεσι κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ὑδατώδεσί τε καὶ λεπταῖς γιγνομέναις, ὕστερον δὲ παχείαις, οἷαπερ ἡ ἀμοργή. τὴν δ᾽ ἀπ᾽ ἐγκεφάλου μὲν ὁρμωμένην δύναμιν ἐξαιρέτως δ᾽ ὑπό τινων ὀνομαζομένην ψυχι-

neribus, purgationibus doloribusque articulorum, nervorum et tendonum mufculorum animo deficiant, in primis reficere, poftea vero idoneum affectui remedium praeftare oportet. Si vero colicos affectus aut iliofos aut eorum aliquem qui vehementer affligunt animi deliquium fequatur, affectarum partium fomentis calidis et extremarum frictionibus animus reftituitur. Quae vero ob propriam facultatum corpus noftrum moderantium imbecillitatem animi defectiones fiunt, ab intemperie earum partium unde vires proficifcuntur contractam, contraria intemperie curari debent, nempe frigidam calefaciendo, calidam refrigerando atque in aliis eadem ratione. Vitalis quidem vocata facultas, quam e corde prodire docuimus, ex pulfuum debilitate deprehenditur. Quae autem ex jecore oritur, hanc altricem vocant, ex cruentis alvi dejectionibus initio quidem aquofis et tenuibus, deinde vero amurcae in modum craffis. Quae vero ex cerebro originem ducit facultas, animalem nonnulli peculiari nomine vocant,

κὴν, τῇ ἐπὶ τὰς προαιρετικὰς κινήσεις ἀῤῥωστίᾳ γνωρίζομεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων διαθέσεων ἰδίᾳ σοι γράψομεν ἐν ἑτέρῳ γράμματι, πάμπολλα γάρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς παρορώμενα τοῖς ἰατροῖς.

Κεφ. ιστ΄. Ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ τῶν συμπτωμάτων λόγον πεποιήμεθα μέχρι δεῦρο, πάλιν ἐπάνιμεν πρὸς τὰ ἐξ ἀρχῆς ἕνα κοινὸν ἐπὶ πάντων ἔχοντες σκοπὸν, ἐπισκέπτεσθαι τὴν ἐργαζομένην ἕκαστον αὐτῶν αἰτίαν· αὗται γὰρ ἐνδείξονταί σοι τὴν προσήκουσαν ἴασιν. οἷον εἴ τις ἀλγοίη τὴν κεφαλὴν, εἰ μὲν ἀσώδης εἴη καὶ καρδιώττοι, κελεύειν ἐμεῖν, ἐμεῖται γὰρ ἢ χολὴν ἢ φλέγμα ἢ ἄμφω. μηδενὸς δ᾽ ἐπισήμου κατὰ τὴν γαστέρα παθήματος ὑποφαινομένου σκοπεῖσθαι, πότερον πλῆθός ἐστιν ἢ ἔμφραξις ἢ φλεγμονή τινος τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ μορίων· εὑρήσεις δὲ πρῶτον μὲν, εἰ δι᾽ ὅλης αὐτῆς ἐκτέταται τὸ ἄλγημα πυνθανόμενος, εἰ κατά τινα τῶν μορίων ἐρείδει σφοδρότερον. ἔπειτα δὲ πότερον μετὰ βάρους ἢ τάσεως ἢ δήξεως ἢ σφυγμοῦ. τὰ γὰρ μετὰ βάρους ἀλγήματα πλῆθος δηλοῖ· τὰ δὲ μετὰ δήξεως ἢ ἀτμῶν ἢ χυμῶν δριμύ-

arbitrarii motus imbecillitate cognofcitur. In alio autem opere de ejusmodi affectibus, ex quibus multa funt a medicis praetermiffa, feorfum tibi confcribemus.

Cap. XVI. Quoniam autem hactenus fymptomata difputando profequuti fumus, rurfus ad ea quae initio propofita funt redeamus, unum omnium communem fcopum habentes, nempe caufae a qua haec omnia fiant contemplationem, ipfa enim conveniens remedium tibi oftendet, velut in capitis dolore, fi quis cibum faftidiat et ftomachi rofionem fentiat, vomere juffus, vel bilem vel pituitam vel utrumque vomitione ejiciet. Nulla vero nota ventris affectum teftante, confiderandum num repletio vel obftructio vel inflammatio aliquam capitis partem obfideat, quod inveniemus primum quidem interrogantes num dolor in univerfum caput fparfus fit, an in parte quapiam vehementius infideat. Poftea vero an cum gravitate, diftentione, morfu vel pulfu affligat. Si enim cum gravitate urget, multitudinem, cum morfu autem, acrimoniam vel vaporis vel humoris,

τητα· τὰ δὲ μετὰ σφυγμοῦ φλεγμονήν· τὰ δὲ μετὰ τάσεως, εἰ μὲν ἄνευ βάρους καὶ σφυγμοῦ καὶ πνεύματος ἀπέπτου καὶ φυσώδους, πλῆθος· εἰ δὲ μετὰ σφυγμοῦ, καὶ φλεγμονὴν ὑμενώδους σώματος· εἰ δὲ μετὰ βάρους, πλῆθος ἐντὸς τῶν ὑμένων ἐνισχόμενον. ὅταν οὖν παντάπασι ταῦτα διορισθείη, τὴν ἐργαζομένην ἕκαστον αὐτῶν αἰτίαν σκοπεῖν χρή. ἐκείνη γὰρ ἐνδείξεταί σοι τὴν θεραπείαν· οἷον εἰ πλῆθος εἴη περιεχόμενον ἀτμῶν ἢ χυμῶν, ἐπισκοπεῖσθαι, πότερον διὰ μέγεθος πυρετῶν οἱ χυμοὶ χυθέντες τε καὶ οἱονεὶ ζέσαντες ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὥρμησαν, ἢ διὰ τὴν τοῦ μέρους ἀῤῥωστίαν ἢ διὰ τὴν ἐν παντὶ τῷ σώματι πλησμονήν· ταύτην μὲν γὰρ οὐκ ἂν χαλεπῶς ἰάσαιο ταῖς τοῦ ὅλου κενώσεσι. τὴν δ᾽ ἐπ᾽ ἀσθενείᾳ τοῦ μορίου τὸ μέν τι πάντη τοῦ σώματος ἀντισπῶν, τὸ δέ τι ταῖς τοῦ μέρους ἰάσεσιν. ἀντισπάσεις μὲν οὖν κλύσμασί τε δριμέσι καὶ δεσμοῖς καὶ τρίψεσι τῶν κάτω πολλαῖς, καὶ ἢν οὕτω δέῃ, καὶ τοῦ αἵματος ἀπάγων τι. τὸ δὲ μόριον ἐξιάσῃ, καθ᾽ ὃν μὲν καιρὸν ἀντισπᾷς εἰς τὸ ὅλον σῶμα, ταῖς ἀπωθεῖσθαί τι τῆς κεφαλῆς δυναμέναις (207) ἐπι-

cum pulfu inflammationem, cum diftentione autem citra gravitatem quidem, ac pulfum crudi ac flatulenti fpiritus copiam, cum pulfu vero, membranaceae fubftantiae inflammationem, cum gravitate vero, retentam in membranis multitudinem indicat. His igitur omnibus diftinctis caufa unde fingula proficifcuntur eft confideranda. Si quidem illa curandi rationem tibi commonftrabit, ut quum vel vaporis vel humoris copia contineatur, confiderandum eft, an ob febris magnitudinem fufi ac velut fervefacti humores caput fubierint, an propter partis imbecillitatem, an totius corporis plenitudinem; hanc etenim facile curaveris nimirum corporis univerfi vacuatione. Eam vero quae ob partis fit imbecillitatem partim quidem revocando in totum corpus, partim vero affecto loco remedia adhibendo. Revocamus quidem acribus clyfteribus et vinculis ac multis infernarum partium frictionibus fanguinis etiam nonnihil, fi ita neceffitas urget, detrahendo. Parti autem medemur, interim dum in corpus

βροχαῖς· μετὰ δὲ ταῦτα ταῖς κενούσαις· εἰς ὕστερον δὲ ταῖς τονούσαις. ἀπωθεῖται μὲν οὖν ἔλαιον τὸ καλούμενον ὠμοτριβὲς ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων παραπλήσιον, οἷον ὀξυρόδινόν τε καὶ ῥόδινον αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ, καὶ ὅσα διὰ τῶν τοῦ μήκωνος κωδιῶν καὶ θαλλῶν ἐλαίας τῶν ἁπαλῶν καὶ κιττοῦ τῶν κορύμβων ἡδυόσμου τε τοῦ χλωροῦ καὶ σισυμβρίου σκευάζεται· χρῆσθαι δ᾽ αὐτοῖς ἐπὶ μὲν ὠμοτέρου τε καὶ ψυχροτέρου πλήθους χλιαροῖς· ἐπὶ δὲ θερμοτέρου καὶ χολωδεστέρου ψυχροῖς. κενοῖ δὲ καὶ διαφορεῖ τὸ θερμὸν ἔλαιον αὐτό τε καθ᾽ αὑτὸ καὶ μᾶλλον εἰ παλαιὸν ἢ σικυώνιον εἴη ἢ καὶ ἄνηθον ἐναφηψημένον ἔχοι· τὸ γὰρ μὴ πάνυ παχέων μήτε γλίσχρων χυμῶν πλῆθος [365] ἱκανῶς διὰ τῶν τοιούτων κενώσεις· ἀλλὰ καὶ ἢν σπονδύλιον ἢ ἕρπυλλον ἐναφεψοις ἢ γλήχωνος κόμην ἢ καλαμίνθης ἢ ἡδυόσμου τε καὶ σισυμβρίου, κενώσεις οὕτω καὶ τὸ παχύτερον. αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ τόνον τινὰ δίδωσι τοῖς μορίοις καὶ ῥώννυσι τὰ ἠσθενηκότα. χρηστέον οὖν αὐτοῖς ἐφεξῆς, μέχρι παντελοῦς ἰάσεως. καὶ εἰ δεήσειε, διά τε ῥινῶν καὶ

totum revellimus, ea capiti inspergentes quae repellendi vim obtinent, deinde vacuantes, postea vero roborantes. Repellit quidem oleum omphacinum dictum aut aliquod aliud simile, quale est oxyrodinum et ipsum rosaceum per se et quae ex papaveris calycibus ac teneris oleae termitibus, hederae corymbis, viridi menta et sisymbrio comparantur, quibus in crudiore quidem et frigidiore plenitudine tepidis uti licet, frigidis vero in calidiore ac biliosiore. Vacuat autem ac digerit oleum calidum solum, praesertim si vel vetus vel sicyonium sit aut si anethum in ipso fuerit concoctum; haec enim abunde vacuant humorum plenitudinem, non quidem omnino crassorum ac lentorum, sed et si vel spondylium vel serpyllum oleo incoxeris vel pulegii comam vel calaminthae aut menthae et sisymbrii crassiorem etiam humorem vacuabis. Eadem quoque robur quoddam partibus inferunt ac debiles confirmant. His itaque continenter usque ad integram curationem est utendum. Et si res postulat,

Ed. Chart. X. [365.] Ed. Baf. IV. (207.)

ὑπερώας καθαίρειν καὶ πταρμοὺς κινεῖν. καὶ ἢν ἐπὶ λουτρὸν ἀγάγης τὸν ἄνθρωπον, ἀνατρίβειν τε ξηραῖς σινδόσι τὴν κεφαλὴν καὶ χωρὶς ἐλαίου διαπλάττειν, ἁλί τε καὶ νίτρῳ καὶ νάπυϊ. ταῦτα μὲν δὴ τῆς ἐπ' ἀῤῥωστίας τοῦ μορίου κεφαλαλγίας ἰάματα. τῆς δ' ἐπὶ μεγέθους πυρετῶν, τῆς μὲν ἰαμάτων δεομένης, αἱ ψυχραὶ ποιότητες καὶ δυνάμεις δι' ὑδρελαίου τε καὶ ὀξυροδίνου καὶ μήκωνος κωδιῶν ἐπιβροχαὶ συγκείμεναι ἁρμόζουσι. τῆς δὲ κρίσιμον αἱμοῤῥαγίαν ἢ ἔμετον δηλούσης ἰάματα μὲν οὐ χρὴ ζητεῖν· οὐδὲ γὰρ σύμπτωμά τι τήν γε τοιαύτην νομιστέον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀγαθὸν σημεῖον, ὥσπερ καὶ τἄλλα τὰ πρὸ τῶν κρίσεων ἃ τοὺς μὲν πολλοὺς ἐκφοβεῖ, χρηστὸν δέ τι δηλοῖ. κάλλιστον δὲ δύνασθαι γνωρίζειν σῶμα ταραττόμενον ὑπὸ φύσεως παρασκευαζομένης ἐπί τε τὰς ἄλλας ἐκκρίσεις καὶ οὐχ ἥκιστα τὰς δι' ἐμέτων τε καὶ αἱμοῤῥαγίας, ὧν ἀχώριστόν ἐστι σημεῖον ἡ κεφαλαλγία. λέγεται δ' ἐπὶ πλέον μὲν ἑτέρωθι πάντα. τὸ δὲ νῦν εἰδέναι, καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ τὴν ἐξ ἀρχῆς φυλάττοντα προαίρεσιν διὰ συντόμων εἰπεῖν, τί περὶ αὐτῶν εἰρήσεται.

etiam per nares et palatum purgabis ſternutamentaque ciebis. Quod ſi ad balnea hominem deduxeris, caput ſiccis linteis perfricabis ſalemque et nitrum ac ſinapi ſine oleo inſperges. Haec quidem ſunt dolorum capitis ex ejus partis imbecillitate remedia. Quum vero ex febris magnitudine dolor accidit remediaque efflagitat, frigidae tum qualitates tum facultates et quae ex hydrelaeo, oxyrodino et papaveris calicibus fiunt perfuſiones auxiliantur. Doloris autem capitis decretoriam vel ſanguinis eruptionem vel vomitionem nunciantis curatio veſtiganda non eſt, non enim ſymptoma, ſed ſalubre ſignum potius ſit exiſtimandus, quemadmodum et alia non pauca, quae multos quidem ante criſin terrent, ſalutem vero promittunt. Optimum autem eſt poſſe cognoſcere corpus a natura perturbari, tum alias excretiones tum maxime vomitum ac ſanguinis eruptionem moliente, quorum inſeparabilis nota eſt capitis dolor. De omnibus autem in alio opere fuſius tractatur. Quantum vero ad praeſentem cognitionem attinet, primum ſervantes inſtitutum de ipſis

Ed. Chart. X. [365.] Ed. Baſ. IV. (207.)

σκεπτέον οὖν πρῶτον μὲν τὸ τῶν πυρετῶν εἶδος, εἰ θερμοὶ καὶ διακαεῖς. ἐκκρίσεσι γὰρ οἱ τοιοῦτοι φιλοῦσι κρίνεσθαι· καθάπερ οἱ μαλακώτεροί τε καὶ οἷον σμυχόμενοί χρονίζουσί τε καὶ εἰς ἀποστάσεις ὁρμῶσι τὰ πολλά. δεύτερον δὲ, εἰ σωτήριόν ἐστι τὸ νόσημα, τίς γὰρ ἀγαθὴ κρίσις ἐν τῷ ὀλεθρίῳ νοσήματι ἐλπισθείη; τρίτον ἐπὶ τοῖσδε τὸν καιρὸν τῆς ὅλης νόσου σκοπεῖν. εἰ γὰρ ἀρχῆς ἢ ἐπιδόσεώς ἐστι σημεῖον μηδέπω δ᾽ ἀκμῆς μηδὲ πέψεως γνωρίσματα διʼ οὔρων ἢ πτυσμάτων ἢ ἀποπατημάτων, οὐκ ἐνδέχεται κρίσιν ἀγαθὴν γενέσθαι. ταῦτα μέν ἐστιν ἐξ ὧν ἄν τις ἐλπίσειε διʼ ἐκκρίσεως κριθήσεσθαι τὸ νόσημα. τοῦ δὲ νῦν ἤδη καὶ μηκέτι μέλλοντος σημεῖα τάδε· δυσφορία προηγεῖται κρίσεως ἁπάσης· καὶ εἰ μὲν ἐν ἡμέρᾳ μέλλοι κριθήσεσθαι τὸ νόσημα, νύκτωρ· εἰ δ᾽ ἐν νυκτὶ, διʼ ἡμέρας. εἰ οὖν τοιοῦτόν τι βλέποις, ἐπισκοπεῖσθαι δεῖ πόσην ἄγει τὴν ἀπὸ τοῦ νοσεῖν ἡμέραν ὁ ἄνθρωπος. εἰσὶ γὰρ καὶ αἳ κρίνειν πεφύκασι κᾂν βραχείας ὁρμῆς τῆς φύσεως λάβωνται. πολλοὶ δ᾽ ἐν μὲν ταῖς σφοδραῖς κινήσεσιν ὅλως οὐ δύνανται τὸ μέγεθος συνο-

aliquid breviter dicemus. Primum igitur conſideranda febrium ſpecies eſt, an calidae ſint ac ardentes. Solent enim hae excretione judicari, quemadmodum mitiores et velut languentes diutius durant ac in abſceſſum plerumque finiuntur. Deinde vero an morbus ſalutaris ſit, nam quis bonam criſin in pernitioſo morbo ſperaverit? Tertio ad haec univerſi morbi tempus notare oportet. Nam ſi principii vel incrementi, nondum vero ſtatus aut coctionis notae apparuerint, per urinas aut ſputum aut alvi dejectiones bona criſis fieri non poteſt. Haec quidem ſunt ex quibus morbum per excretionem judicatum iri ſperare poſſis. Jam vero ejus quod adeſt nec jam futurum eſt, hae ſunt notae; in tolerando difficultas univerſam criſin antecedit, noctu quidem ſi interdiu morbus judicari debet, interdiu vero ſi noctu. Igitur ſi quid ejusmodi conſpexeris, videndum eſt quotum morbi diem ducat aeger. Nam ſunt qui vel parvo naturae impulſu decernere idonei ſunt. Sed multi ne in vehementibus quidem commotionibus cognoſcere omnino poſſunt an

ρᾶν τῆς ταραχῆς, εἰ κατὰ τὴν φύσιν ἐστὶ τῆς ἡμέρας. ἡ μὲν γὰρ ἑβδόμη ἡμέρα καὶ κατὰ τὰς βραχείας παρασκευὰς τῆς φύσεως ἐξορμᾷ πρὸς τὴν διὰ κενώσεως κρίσιν. ἡ δ᾽ ἕκτη μεγάλης τε δεῖται τῆς παρασκευῆς καὶ πολλάκις μὲν οὐδ᾽ ἔκρινεν. εἰ δέ γε ἔκρινεν, οὔτε χωρὶς κινδύνου, οὔτε πιστῶς. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἡμερῶν ἑκάστης ἐστί τις ἴδιος φύσις, ἣν ἐν τοῖς περὶ κρισίμων διοριζόμεθα. φέρε δὴ καὶ τὴν ἡμέραν εἶναι κατὰ τὸ τῆς ταραχῆς μέγεθος. εἶτ᾽ ἐφεξῆς σκοπεῖν, ὁποία τις ἡ κρίσις ἔσται· περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων οὐδὲν δεόμεθα λέγειν νῦν. εἰ δ᾽ ἔμετος ἢ αἵματος ἔκκρισις διὰ ῥινῶν ἔσεσθαι μέλλοι, ταύταις γὰρ ἐλέγομεν ταῖς ἐκκρίσεσιν ἕν τι τῶν σημείων εἶναι τὴν κεφαλαλγίαν, [366] ἐκ τῶνδε μάλιστα διορίζεσθαι· πρῶτον μὲν εἰ μὴ κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς εἰσέβαλεν οἷον σύμπτωμά τι τοῦ νοσήματος, ἀλλ᾽ ἐν τῇ πρὸ τῆς κρίσεως ταραχῇ. δεύτερον δ᾽ εἰ καὶ ὁ τράχηλος συναλγοίη καὶ ὑποχόνδριον ἀνασπώμενον εἴη καὶ εἰ δύσπνοιά τις αἰφνίδιος, οἱονεὶ στενοχωρουμένου τοῦ θώρακος. εἰ γὰρ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἐξαίφνης

perturbationis magnitudo pro diei natura ſit. Septimus enim vel exiguo naturae inſtructu criſin per vacuationem movet. Sextus vero magno naturae conatu eget atque raro quidem decernit. Quod ſi decernat, id cum periculo et ſine fide fit. Ad eundem modum aliorum etiam dierum ſingulis propria quaedam natura ineſt, quam in libris de diebus decretoriis explicavimus. Agedum perturbationis magnitudini dies reſpondeat, poſtea conſiderato qualis futura criſis ſit; de aliis quidem nunc diſputare neceſſe non eſt. An vero vomitus futurus ſit vel ſanguis per nares fluxurus, in ejusmodi enim criſibus ſignum unum eſſe dicebamus, nempe capitis dolorem, ex iis maxime deprehendere licet: in primis quidem ſi ab initio ſtatim non invaſit dolor, tanquam morbi ſymptoma quoddam, ſed in perturbatione criſin praecedente. Deinde ſi condoleſcat collum et hypochondrium retrahatur, ſpirandique difficultas quaedam repentina velut preſſo thorace ſuboriatur. Si enim omnibus his incidentibus repente

ὀγκούμενοι οἱ σφυγμοὶ μὴ καταπίπτοιεν εἰς μικρότητα μηδ' ἀμυδροὶ γίγνοιντο, παραχρῆμα τὴν κρίσιν ἐλπίζειν· εἰ δὲ πρὸς τῷ μὴ καταπίπτειν εἰς ὕψος ἀρθεῖεν καὶ σφοδρότητα προσλάβοιεν, ἐπιβλέπειν ἤδη χρὴ τὸ πρόσωπον τοῦ νοσοῦντος· εἰ γάρ καὶ πάλλοιτό τι τῶν ἐν αὐτῷ μορίων ἢ σφύζοιεν αἱ ἐν τοῖς κροτάφοις φλέβες ἢ μῆλον ἢ ῥὶς ἢ ὀφθαλμὸς ἐρυθρότερα γίγνοιντο, τὴν κρίσιν μᾶλλον ἐλπίζειν. εἰ δὲ καὶ δακρύουσιν ἄκοντες ἢ μαρμαρυγὰς ὁρᾷν φαντάζοιντο καὶ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὰς ῥῖνας φέροιεν ὡς κνώμενοι, τηνικαῦτα μὲν οὐκέτι μέλλον, ἀλλ' ἤδη ῥέον ὄψει τὸ αἷμα. κνησαμένων γὰρ αὐτῶν ἅπαξ που καὶ δὶς εὐθὺς ἐκρήγνυται. μὴ καταπλαγῆς δ' ἐν τούτοις, ἢν παραφρονοῦντα τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀναπηδῶντα θεάσαιο. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα τῆς ἄνω φορᾶς τῶν χυμῶν γνωρίσματα. καθάπερ ἥ τε δύσπνοια καὶ τὸ ὑποχόνδριον ἀνασπώμενον, ὅ τε τράχηλος ἅμα τῇ κεφαλῇ βαρυνόμενος· ἀλλά σοι σὺν τούτοις ἕν τι σημεῖον ἔστω καὶ ἡ παραφροσύνη. καὶ ταῦτα μὲν οὖν ἱκανὰ γνωρίσματα. προσέρχεται δ' αὐτοῖς πολλάκις ἥ τε τοῦ νοσοῦντος ἡλικία τε καὶ φύσις

pulfus turgefcant nec in parvitatem recidant nec debiles fiant, jamjam crifis eft exfpectanda. Si vero praeterquam quod non concidunt etiam in altum attollantur vehementioresque reddantur, jam infpicienda aegrotantis facies eft, in qua fi pars aliqua palpitet aut temporum venae micent aut mala aut naris aut oculus rubicundior appareat, crifis habendae major fpes eft. Quod fi inviti illacriment aut fplendores fe cernere fibi videantur ac manus velut fcabentes naribus admoveant, tunc jam non adfore, fed adeffe fanguinis fluxionem confpicies. Statim enim femel ac iterum fcabentibus fanguis erumpit. In his vero ne perterrearis etiamfi delirare ac fubfilire hominem videas. Haec enim funt humorum furfum tendentium indicia. Quemadmodum et fpirandi difficultas et hypochondria retracta collumque una cum capite degravatum, fed et cum his delirium fignum quoddam fit. Atque haec quidem figna fufficiant. Saepe vero et cum his accedit aegrotantis aetas et natura quae fpem

βεβαιοῦσα τὴν ἐλπίδα καὶ προσέτι τοῦ ἔτους ὁ καιρὸς, ἥ τε παροῦσα κατάστασις. εἰ γὰρ μειράκιον εἴη τὸ νοσοῦν ἢ ἄλλως φύσει θερμὸν ἢ πολύαιμον, ἔτι μᾶλλον ἐλπίσεις. εἰ δὲ καὶ πρόσθεν αὐτῷ πολλάκις αἷμα διὰ ῥινῶν ἐπεφάνη, νοσοῦντί τε καὶ ὑγιαίνοντι, τοῦτο μὲν καὶ μόνον ἱκανὸν αἱμοῤῥαγίας ἐλπίδα παρασχεῖν. εἰ δὲ καὶ τὸν καιρὸν τοῦ ἔτους ὁρῴης θέρος, ἢ οὐ θέρος μὲν, ἄλλως δὲ θερμὴν τὴν παροῦσαν κατάστασιν, ἆρ᾽ οὐκ ἄν τινα καὶ παρὰ τούτων ἔνδειξιν λάβοις; εἰ δὲ καὶ πολλοὶ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν αἱμοῤῥαγίας εἶεν κεκριμένοι, καὶ τοῦτ᾽ ἂν αὐξήσειέ σου τὴν ἐλπίδα, καὶ εἰ πληθωρικὸν εἴη τὸ σῶμα καὶ εἰ συνηθῶν ἐκκρίσεων ἐπίσχεσις. ἐμοὶ μὲν οὐδ᾽ ὅλως χαλεπὸν εἶναι δοκεῖ, τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα γνωρίσματα μελλούσης αἱμοῤῥαγίας ἔχοντα δύνασθαι προγινώσκειν, ἀλλ᾽ ἄτοπόν τε καὶ δεινῶς ἀμαθὲς τὸ μὴ προγνῶναι. τῇ δ᾽ ὀλιγωρίᾳ τῶν νῦν ἰατρῶν θαυμάζεται τὰ μὴ θαυμαστά. καὶ γὰρ εἴτ᾽ ἐξ ἀριστεροῦ μυκτῆρος εἴτ᾽ ἐκ δεξιοῦ ῥυήσεται τὸ αἷμα, χαλεπὸν μὲν οὐδὲν ἐκ τῶν εἰρημένων προγινώσκειν, τοῖς πολλοῖς δὲ τῶν ἰατρῶν οὐ μόνον χαλεπὸν, ἀλλ᾽ οὐδὲ δυνατὸν

confirmat, praeterea anni tempus et praeſens aëris conſtitutio. Nam ſi aeger adoleſcens eſt aut alioqui calidae naturae aut copioſi ſanguinis, major ſpes fuerit. Quod ſi prius eidem aut aegrotanti aut ſano ſaepe ſanguis per nares effluxerit, vel hoc ſolum ſatis fuerit ad ſanguinis profuſionis ſpem habendam. At ſi anni tempus aeſtas eſt aut ſi aeſtas non eſt, ſed aëris praeſens conſtitutio calida, nonne ex his indicium aliquod deſumes? Jam vero ſi et multi eo tempore per ſanguinis profuſionem criſin habuerint, praeterea ſanguine corpus redundet et ſolitae excretiones ſupprimantur, haec quoque ſpem tibi auxerint. Mihi quidem neque omnino difficile videtur futuram ſanguinis eruptionem poſſe praeſciri, ubi tot ac talia ſigna habeas. Abſurda vero res eſt ac magna imperitia id non praenoſſe. Sed ſunt qui medicorum hujus tempeſtatis culpa ac incuria ea demirentur, quae admiratione digna non ſunt. Sive enim ex laeva ſive dextra nare ſanguis fluxurus ſit, ex jam dictis haud difficulter praeſenties. Verum medicorum non pauci non ſolum id dif-

ὅλως εἶναι δοκεῖ· καί τοι καὶ ταύτας καὶ τὰς ἄλλας ἐκκρίσεις ἁπάσας ἔνεστι προγνῶναι, δύο ταῦτα σκοπουμένῳ· τό τε ὅθεν ἡ ὁρμὴ τῆς φύσεως καὶ τὸ ποῦ. καὶ γὰρ συνεργήσομεν ταῖς ἐλλείψεσι καὶ κωλύσομεν τὰς ἀμέτρους γινομένας φορὰς, εἰ ταῦτα γινώσκοιμεν· οἷον αὐτίκα τὰς ἀπὸ σπληνὸς αἱμοῤῥαγίας αἱ κατὰ τὸ ἀκρι(208)βέστερον ὑποχόνδριον ὑποτιθέμεναι μεγάλαι σικύαι ῥαδίως ἀντισπῶσι, τὰς δ' ἀπὸ τοῦ ἥπατος αἱ κατὰ τὸ δεξιόν. κἀπὶ τῶν ἄλλων ὁ αὐτὸς λόγος. ἐξ ἑνὸς γὰρ περὶ πάντων δυνήσῃ συλλογίζεσθαι τό γε καθόλου σκοπούμενος. ὥστε κἀγὼ τῇδε καταπαύσω τὸν παρόντα λόγον. ἐφεξῆς δὲ περί τε τῶν ἐπὶ ταῖς φλεγμοναῖς ἀναπτομένων πυρετῶν δίειμί σοι καὶ τῶν ἄλλων παθῶν, ὅσα καθ' ἕκαστον τῶν τοῦ σώματος μορίων συνίσταται. φλεγμονὰς δ' οἱ μὲν παλαιοὶ τὰς οἷον φλογώσεις ὠνόμαζον· οἱ δὲ νεώτεροι οὐ πάσας· [367] οὔτε γὰρ τὸν ἕρπητα οὔτε τὸ ἐρυσίπελας οὔτ' ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων ταῖς φλεγμοναῖς συναριθμοῦσιν, ἀλλ' ἑνὶ μόνῳ τῶν θερμῶν παθημάτων ἐπιφέρουσι τοῦτο τὸ

ficile esse, sed omnino sciri non posse arbitrantur, tametsi tum hae tum aliae omnes excretiones pvaevideri possint si duo haec consideraveris, nempe unde naturae impetus fiat et in quam partem vergat. Quae si noris, defectum supplebis et immoderatum motum inhibebis, velut exempli gratia magna cucurbita sinistro hypochondrio admota ex liene, dextro vero ex jecore profluentem sanguinem facile retrahet. Eadem quoque in aliis partibus habenda est ratio. Nam ex uno de omnibus idem colligere licet si universale contempleris. Quocirca hoc loco praesenti libro finem imponam. Deinceps vero de febribus, quas phlegmonae accendunt atque de aliis affectibus, qui in singulis corporis partibus consistunt disseram. Phlegmonae autem quasi phlogoses a veteribus dicebantur: a recentioribus vero non omnes. Neque enim herpes neque erysipelas neque id genus aliud inflammationibus annumerantur, sed ex calidis affectibus uni tantum, cujus durus tumor et dolor pulsatilis comes est.

ὄνομα, τὸ μετ' οἰδήματος σκληροῦ καὶ ὀδύνης σφυγματώδους, οὐ μὴν τούτῳ γε μόνῳ πυρετοὺς καὶ πόνους ἑπομένους ὁρῶμεν, ἀλλ' ἅπασιν ἁπλῶς τοῖς θερμοῖς καὶ οἷον ζέουσι πάθεσι. περί τε οὖν τούτων καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τοιαῦτα νοσήματα τὸν ἑξῆς ποιησόμεθα λόγον.

hoc nomen tribuunt, tametfi non talem folum fed fimpliciter omnes calidos ac velut fervidos affectus, febres ac dolores fequi videmus. De his igitur atque aliis id genus morbis deinceps differemus.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΓΛΑΥΚΩΝΑ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Chart. X. [367.] Ed. Baf. IV. (208.)

Κεφ. α΄. Περὶ δὲ τῶν καθ᾽ ἕκαστον μέρος τοῦ σώματος παθῶν, ὦ Γλαύκων, ἑξῆς ἐροῦμεν ἀπὸ φλεγμονῆς ἀρξάμενοι. καὶ γὰρ πλειστάκις αὕτη γίνεται καὶ πλείστας ἔχει διαφοράς· καὶ πάσαις αὐταῖς πυρετοὶ πεφύκασιν ἕπεσθαι. κοινὸν μὲν οὖν ἁπάσαις ἡ ἄμετρός ἐστι θερμασία καὶ οἷον φλόγωσις, ὅθεν περ καὶ τὸ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα κατ᾽ αὐτῶν ἐπιφέρειν ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς. ἰδίαν δὲ καθ᾽ ἑκάστην εὕροις ἄν τινα διαφορὰν, ἐξ ἧς τό τε εἶδος αὐτῆς γνωριεῖς καὶ τῆς προσηκούσης εὐπορήσεις ἰάσεως. ἑτέρως μὲν γὰρ ἑρπη-

GALENI AD GLAVCONEM DE MEDENDI METHODO LIBER II.

Cap. I. De fingularum autem corporis partium affectibus, Glauco, deinceps differemus ab inflammatione exorfi. Haec etenim et frequentiffime incidit et plurimas habet differentias, hisque omnibus febres accedere folent. Itaque omnium communis eft immoderatus calor ac velut phlogofis, *i. inflammatio*, unde et ipfis phlegmones nomen veteres indidere. Harum autem cuique fuam inveneris differentiam, ex qua ejus tum fpecies cognofcitur, tum idoneum remedium fuppeditatur. Aliam enim herpetes, aliam eryfi-

τας, ἑτέρως δ᾿ ἐρυσιπέλατα, ἑτέρως δὲ φύγεθλα καὶ τἄλλα τῶν φλεγμονῶν εἴδη θεραπεύσεις. ὥστε πάλιν ἡγεῖται κἀνταῦθα διαγινώσκειν ὀρθῶς τὰ πάθη δύνασθαι. καί σοι πειράσομαι τοῦτο πρῶτον γράψαι, διελόμενος ἐξ ἀρχῆς περὶ τῶν κατὰ τὰς φλεγμονὰς πάσας διαφορῶν. πρώτη μὲν οὖν διαφορὰ φλεγμονῆς ἐστι, καθ᾿ ἣν τὴν μὲν αὐτῆς ὑγρὰν, τὴν δὲ ξηρὰν εἶναι συμβέβηκεν. ὑγρὰν μὲν ἥτις ἂν ἐκ ῥεύματος θερμοῦ τὸ μόριον καταλαμβάνοντος γίγνηται· ξηρὰν δ᾿ ὅταν μηδενὸς ἐπιῤῥυέντος τὴν σύμφυτον θερμασίαν ἐκπυρωθῆναι συμβῇ. τοῦτο δὲ μέχρι μέν τινος οἷον πυρετός ἐστι τοῦ μορίου· ἐπειδὰν δὲ εἰς ἄμε[368]τρον ἤδη θερμότητα καὶ ξηρότητα προήκῃ, φθορὰ καὶ νέκρωσις παντελὴς γίγνεται, ὅθεν οὐδ᾿ εἰς πλείω τέμνεσθαι πέφυκεν, ὥσπερ ἡ ἑτέρα διαφορὰ καθ᾿ ἣν ἐπιῤῥεῖν τινας χυμοὺς ἐλέγομεν τῷ μέρει. πολλὰ γὰρ τὰ ταύτης εἴδη· αἵματος μὲν γὰρ ἐπιῤῥυέντος ἕτερον· χολῆς δὲ ξανθῆς ἕτερον· ἀμφοῖν δ᾿ ἅμα τρίτον ἄλλο. καὶ μὲν δὴ καὶ καθ᾿ ἕκαστον αὐτῶν ἢ σεσηπός ἐστιν ἤδη τὸ ἐπιῤῥέον ἢ ἐν τῷ μορίῳ σφηνούμενον σήπεται· καὶ ἤτοι παχὺ τὴν σύστασιν

pelata, aliam phygethla et aliam aliae inflammationum species curationem efflagitant. Quocirca hic quoque cognoscendorum recte affectuum facultas rurfus antecedit. Atque hoc primum tibi fcribere conabor, ubi omnium inflammationum differentias ab initio diftincte conftituero. Prima itaque inflammationis differentia eft, quae in humidam et ficcam diftinguitur. Humidam quidem quae in calida defluxione partem obfidente fit, ficcam vero in qua citra ullum defluvium nativus calor accenditur. Hoc autem quadantenus velut febris partis ipfius eft, quae quum ad immoderatam jam caliditatem et ficcitatem pervenit, exftinguitur omnino ac emoritur. Quocirca neque in plura poteft dividi, quemadmodum altera differentia, quae uti dicebamus ex humorum defluxu in partem aliquam fit. Ejus enim multae funt fpecies, una ex fanguinis, altera ex bilis, tertia ex utriusque fimul defluxione. Atque etiam in harum fingulis aut jam computruit quod defluit aut putrefcit in parte infartum: idque vel fubftantia craffum eft vel tenue vel mave vel

ἢ λεπτὸν ἢ χρηστὸν ἢ δριμύ. αἵματος μὲν οὖν χρηστοῦ καὶ συμμέτρου τῷ πάχει ῥυέντος εἴς τι μόριον ἀθρόως καὶ διὰ τὸ πλῆθος σφηνωθέντος, ὀδύνη σφοδρὰ καταλαμβάνει τὸν ἄνθρωπον, ἤν γε μὴ παντελῶς δυσαίσθητον ᾖ τὸ μόριον· καὶ σφυγμὸς ἀνιαρὸς ἐν τῷ βάθει καὶ τείνεσθαι πάντη νομίζει καὶ θλᾶσθαι τὸ μόριον καὶ θερμασίας αἰσθάνεσθαι πλείονος, ὡς διακαίεσθαι δοκεῖν καὶ ἀναψύχεσθαι ποθεῖν· καὶ ἔρευθος ἐπανθεῖ τοιοῦτον, οἷον τοῖς λελουμένοις ἢ παρὰ τῷ πυρὶ θαλφθεῖσιν ἢ πως ἄλλως θερμανθεῖσι. τοῦτο τὸ πάθος τὴν τοῦ γένους ὅλου προσηγορίαν ἀπηνέγκατο καὶ καλεῖται φλεγμονή, ἄλλοις παραπλησίως πολλοῖς εἴδεσι λαμβάνουσι τὸ τοῦ γένους ἐπιφερόμενον ὄνομα. καὶ γίνεται συνεχῶς ἐπὶ πάσῃ σχεδὸν προφάσει· καὶ γὰρ καὶ τρώσεσι καὶ σπάσμασι καὶ θλάσμασι καὶ ῥήγμασι καὶ τοῖς ἐκ τῶν γυμνασίων καμάτοις, ἐξαρθρήμασί τε καὶ κατάγμασι καὶ τοῖς αὐτομάτοις ἕλκεσιν ἐπιγίγνεται· καὶ χωρὶς δὲ τούτων ἁπάντων, ὅταν εἰς ἄμετρον χυμῶν πλησμονὴν αἱ φλέβες ἀφίκωνται, τότε τὸ περιττὸν ἀποχέουσιν εἴς τι χωρίον, ὃ ἂν ἐπιτηδειότατον ᾖ τηνικαῦτα

acre. Si igitur fanguis bonus ac craffitudine mediocris univerfim in aliquam partem fluxerit atque ob multitudinem conftipetur, dolor vehemens, nifi pars omnino hebetem fenfum habeat, hominem corripit, pulfusque in profundo infeftat et diftendi partem ipfam usquequaque ac contundi aeger putat, tantumque fentit calorem, ut deuri videatur ac refrigerari cupiat, rubor quoque qualis ex balneis accedit aut ad ignem efflorefcit vel alio quovis modo calefactis in cute apparet. Affectus hic totius generis appellationem accepit vocaturque inflammatio, quemadmodum et aliae multae fpecies fui generis nomen adoptarunt. Oriturque frequenter ex omni fere caufa, etenim et vulneribus convulfionibus, contufionibus, rupturis, laffitudini quam exercitatio attulit, luxationibus, fracturis et fponte natis ulceribus fupervenit, praeter haec omnia quum venae immodice plenae in eam partem, quae tunc recipere maxime fit idonea, fupervacuum humorem fundunt: ea autem pars caeteris eft aut

δέξασθαι· πάντως δὲ τοῦτο τῶν ἄλλων ἢ ἀῤῥωστότερόν ἐστιν ἢ μανώτερον ἢ ἕλκειν ἑτοιμότερον ἢ ἀκινητότερον, ἐξ ἧστινοσοῦν αἰτίας, εἰς ταύτας ἀχθὲν τὰς διαθέσεις. οὐ γάρ τοῦτό γε νῦν πρόκειται λέγειν. χολὴ δὲ ξανθὴ ἡνίκα μὲν τὴν ἑαυτῆς φύσιν σώζουσα σὺν τῷ αἵματι φέρεται πανταχόσε τοῦ σώματος, ἴκτερος τὸ πάθος καλεῖται. μόνης δ᾽ ἀποκριθείσης καὶ κατά τι μόριον ἱσταμένης, ἕρπης ὀνομάζεται· εἰ μὲν δὴ παχεῖα τὴν σύστασιν εἴη, πᾶν ἑλκοῖ μέχρι τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς τὸ δέρμα, καὶ καλεῖ τούτους Ἱπποκράτης ἕρπητας ἐσθιομένους. εἰ δὲ λεπτοτέρα εἴη, τὸ ἐπιπολῆς μόνον ὥσπερ ἐπικαίει καὶ τοῦτο τὸ εἶδος ἀπηνέγκατο τὴν τοῦ γένους προσηγορίαν, ἁπλῶς τε καὶ χωρὶς προσθήκης ἕρπης ὀνομασθέν. τῶν γὰρ ἄλλων δυοῖν εἰδῶν τὸ μὲν ἤδη προειρημένον ἐσθιόμενος ἕρπης ὀνομάζεται, θάτερον δὲ τὸ λοιπὸν κεγχρίας, ὅτι καὶ τούτῳ συμβέβηκε, φλυκταίνας μικρὰς καὶ πολλὰς ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἐπεγείρειν, κέγχροις ἐοικυίας. γίνεται δ᾽ ὁ τοιοῦτος ἕρπης ὑπὸ χολῆς μὲν καὶ αὐτὸς, ἀλλ᾽ ἧττον δριμείας καὶ θερμῆς ἢ οἱ πρόσθεν. εἰ δ᾽ ἐξ αἵματος καὶ ξανθῆς

imbecillior aut rarior et folutior aut ad attrahendum promptior aut immobilior, quacunque de caufa ad has affectiones perducta fuerit. De hoc enim difceptare nunc non ftatuimus. Flava bilis, quando fuam fervans naturam per universfum corpus cum fanguine fertur, arquatum morbum parit. Herpes vero vocatur, quum fola a fanguine fecreta eft, ac in parte aliqua confiftit, quae fi craffa fit confiftentia totam cutem usque ad fubjectam carnem exulcerat, atque ejusmodi herpetas Hippocrates exedentes vocat. Sin tenuior bilis fit, folam fuperficiem quafi deurit, atque haec fpecies generis nomen accepit, fimpliciterque et fine adjectione herpes nominatur. Harum enim duarum formarum altera modo commemorata herpes exedens, altera vero miliaris dicitur, quod puftulae parvae ac multae in fumma cute excitentur milio fimiles. Fit autem ejusmodi herpes etiam ab ipfa bile, fed minus quam priores acri et calida. Quod fi ex fanguine et flava bile jufto calidioribus fluxio mifta fuerit, aut ex

χολῆς θερμοτέρων τοῦ δέοντος μικτὸν εἴη τὸ ῥεῦμα, ἢ ἐξ αἵματος μὲν, ζέοντος δὲ καὶ λεπτοτάτου τὴν σύστασιν, ἐρυσίπελας τὸ πάθος καλεῖται, θερμότερον πολλῷ τῆς φλεγμονῆς τοῦτο καὶ ξανθότερον ἰδέσθαι. καὶ εἰ ἅψαιο, ῥαδίως ὑποτρέχει τὸ αἷμα καὶ αὖθις ἐπιῤῥεῖ, λεπτὸν ἀκριβῶς καὶ ἐρυθρὸν φαινόμενον, οὐ μὴν οὐδ᾽ ὀδυνᾶται ὁμοίως τῇ φλεγμονῇ τοῦτο. καὶ κατ᾽ οὐδὲν δὲ τῶν τῆς φλεγμονῆς εἰδῶν οὔτε σφυγμὸν οὔτε θλῖψιν οὔτε τάσιν ὁμοίαν ἐπιφέρει, ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅτε καὶ πάνυ μετρίως ἐνοχλεῖ καὶ μάλισθ᾽ ὅταν κατὰ μόνου τοῦ δέρματος ἐκχυθῇ, μηδὲν ἀδικοῦν τὴν ὑποκειμένην σάρκα· καὶ μὲν δὴ καὶ γίνεται τοιοῦτον ὡς τὰ πολλὰ καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀκριβὲς ἐρυσίπελας. ὡς τό γε καὶ τῆς ὑποκειμένης ἁπτόμενον σαρκὸς οὔτ᾽ ἐξ ἀκριβῶς λεπτοῦ γίνεται τοῦ ῥεύματος οὔτ᾽ ἐρυσίπελάς ἐστι μόνον, ἀλλ᾽ ἤδη μικτὴ διάθεσις ἐξ ἐρυσιπέλατός τε [369] καὶ φλεγμονῆς, ἐπικρατεῖ δ᾽ ἐν αὐτῇ ποτὲ μὲν τὰ τοῦ ἐρυσιπέλατος ἴδια συμπτώματα, καὶ καλεῖται τὸ τοιοῦτον πάθος ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες· ποτὲ δὲ τὰ τῆς φλεγμονῆς, καὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸ τηνικαῦτα φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη. εἰ δὲ τὰ μηδε-

ſanguine quidem, ſed fervido ac ſubſtantia tenuiſſimo affectus eryſipelas vocatur, multo inflammatione calidior aſpectuque flavior. Et ſi tetigeris, ſanguis facile ſuffugit rurſusque affluit exquiſite tenuis et viſu ruber, non tamen aeque cruciat eryſipelas atque inflammatio. Neque ſecundum ullam inflammationis ſpeciem aut pulſat aut premit aut distendit. Verum aliquando moderate omnino infeſtat et maxime quum in ſolam cutem ſparſum eſt, minimeque ſubjectam carnem laedit atque magna ex parte tale fit exquiſitumque eryſipelas eſt. Quemadmodum id quod ſubjectam carnem invadit, minimeque ex plane tenui fluxione fit ſolum eryſipelas non eſt, ſed jam miſtus ex eryſipelate et inflammatione affectus, in quo quum propria eryſipelatis ſymptomata praevalent a recentioribus medicis eryſipelas phlegmonodes, quum vero inflammationis, eryſipelatodes inflammatio dicitur. Quod ſi neutrius luculenter vincant, ſed pa-

τέρου ἐπικρατοίη σαφῶς, ἀλλ' ἴσα φαίνοιτο, (209) φλεγμονὴ καὶ ἐρυσίπελας μεμίχθαι λέγεται. τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς ἐρυσίπελας αὐτοῦ τοῦ δέρματος μόνου πάθος ἐστίν. οὐ μὴν ἥ γε φλεγμονὴ μόνων τῶν ὑποκειμένων τῷ δέρματι μορίων, ἀλλὰ μάλιστα μὲν τούτων, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῦ δέρματος. καὶ ἔστιν αὐτὴ τἄλλα μὲν ὀδυνηρὰ τῆς ἑτέρας οὐδὲν ἧττον, ἄπεστι δ' αὐτῆς ὁ σφυγμός. ὅ ταν δὲ τὸ ἐπιῤῥέον αἷμα θερμὸν ἱκανῶς ᾖ καὶ παχὺ, καθ' ὅτι ἂν μόριον ἀθρόον ἐπιῤῥυῇ, τοῦτο καῦσαν ἕλκος ἐσχάραν ἔχον εἰργάσατο. τὸ πέριξ δ' αὐτοῦ πᾶν εἰς φλεγμονὴν ἐξαίρει, ζέουσάν τε καὶ δεινῶς ἐπώδυνον. ὀνομάζεται δὲ τὸ τοιοῦτον πάθος ἄνθραξ. ὅταν δὲ τὸ ἐπιῤῥέον αἷμα μέλαν ᾖ καὶ παχὺ καὶ ἰλυῶδες καὶ ζέον, οἷόν περ τὸ προειρημένον, ἅμα δὲ καὶ ἰχῶράς τινας λεπτοὺς μεμιγμένους ἔχῃ, φλυκταίνας ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἀνίστησιν, ὁμοίας ταῖς ἀπὸ πυρὸς ὧν ἐκρηγνυμένων τὸ ἐσχαρῶδες ὑπ' αὐταῖς ἕλκος εὑρίσκεται· καὶ ἔστιν ἄνθραξ ἤδη καὶ τοῦτο. τὰ μὲν οὖν τῆς φλεγμονῆς εἴδη τοσαῦτα κατά γε τὴν φύσιν αὐτὴν τοῦ πάθους διαιρούμενα. πολλὰ δ' ἂν ἴσως δόξειέ τις παραλελεῖφθαι

ria cernantur, inflammatio et eryſipelas miſta eſſe dicuntur. Itaque exquiſitum eryſipelas ſolius cutis eſt affectus. At inflammatio non ſolum ſubjectarum cuti partium quamquam maxime quidem harum, ſed et cutis aliquando affectus eſt. Atque haec quidem non minorem alioqui quam illa dolorem invehit, ſed pulſatione caret. Quum vero ſanguis admodum calidus ac craſſus eſt, in quamcunque partem confertim fluxerit, hanc exurit ulcusque cum cruſta efficit. Quicquid vero circumſtat, in inflammationem attollit ferventem ac dolore gravi conflictantem. Vocatur autem hujusmodi affectus carbunculus. Quod ſi influens ſanguis niger ſit, craſſus, faeculentus ac fervidus, qualis eſt prior, admixtamque ſaniem quandam tenuem habeat, puſtulae in cutis ſuperficie oriuntur his quae ex igne fiunt ſimiles, ſub quibus ruptis cruſtoſum ulcus invenitur. Eſt et hic affectus etiam carbunculus. Tot igitur ſunt inflammationis ſpecies ſecundum affectus naturam diviſae. Multas vero ſpecies quispiam forte pu-

Κεφ. ζ. Δῆλον δ' οὐδὲν ἧττον τοῦδε καὶ ὅτι τὰς φλεβοτομίας ὁ Ἐρασίστρατος οὔτε σὺν ταῖς ἀσιτίαις οὔτε πρὸς αὐτῶν παραλαμβάνει. ἀλλὰ γὰρ εἰς τοσοῦτον ἥκουσί τινὲς φιλονεικίας ἢ ἀνοίας ὥσθ' ὅταν ἀκούσωσι τῶν τοιούτων λόγων, λύειν μὲν αὐτοὺς οὐδ' ὅλως ἐγχωροῦσι. ὥσπερ δὲ μηδενὸς εἰρημένου λόγων ἀρχὴν ἰδίαν ποιοῦνται τὴν λέξιν ἐκείνην μόνην προχειριζόμενοι, καθ' ἣν ὁ Ἐρασίστρατός φησιν· ἀκόλουθόν ἐστι μηδὲν προσφέρειν κατὰ τοὺς τῆς φλεγμονῆς καιρούς. κενούμεναι γὰρ αἱ φλέβες ῥᾷον παραδέξονται τὸ παρεμπεπτωκὸς αἷμα εἰς τὴν ἀρτηρίαν. τούτου δὲ συμβαίνοντος ἧττον φλεγμοναὶ ἔσονται. κἄπειτ' ἐπ' αὐτῇ λέγουσιν αὐτὸ πρόδηλον εἶναι τὴν ἐκ τῆς φλεβοτομίας χρείαν. ὅπου γὰρ καὶ αὐτὴν τὴν ἀσιτίαν ὡς κενωτικὸν βοήθημα παραλαμβάνει, πολὺ δήπου μᾶλλον, φασὶν, ἐπὶ τὴν φλεβοτομίαν ἀφίξεται, πρὸς οὓς ἐάν τις εἴπῃ δι' ὧν λέγουσιν οὐ τομίαν τὸν Ἐρασίστρατον ἐπιδεικνύειν αὐτοὺς, ἀλλὰ τὸ τῆς εἰρημένης ἐπὶ τῆς ἀσιτίας ἀκόλουθον εἶναι τῷ καὶ τῇ φλεβοτομίᾳ χρῆ-

Cap. VII. Praeterea ne illud quidem minus clarum eſt, quod Eraſiſtratus venae ſectionem neque cum mediis neque ante ipſas inedias unquam uſurpavit. Veruntamen nonnulli eo contentionis dementiaeque pervenerunt, ut quum ſermones hos audiverint, diſcutiendorum eorum nullam ſane rationem inveniant: tanquam vero nihil illis objectum eſſet, propriam ſermonum farraginem auſpicantur unam illam ſententiam in ore habentes, quam Eraſiſtratus his verbis aſſerit: *Conſequens etiam eſt, quod circa inflammationis tempora vulneratis nihil ſit offerendum: venae enim evacuatae ſanguinem qui in arterias inſilierit facilius ſuſcipient: quod ubi contigerit, inflammationes minus evenient.* Et ſic illi perſuaſi, quod ipſe venae ſectione uſus ſit, hinc aperte colligi poſſe ajunt. Quo enim loco ipſam inediam veluti evacuationem praeſidium ille accerſit, multo ſane magis, inquiunt, ad venae ſectionem ſe accinget. Adverſus quos ſiquis dicat, quod per ea quae allegant Eraſiſtratum quidem venae ſectione ante inediam uſum eſſe non demon-

Ed. Chart. X. [420.] Ed. Baf. IV. (13. 14.)

σθαι καταγελῶντες, εἶτα σὺ μὲν, φασὶ, γινώσκεις τὸ ἀκόλουθον, Ἐρασίστρατος δ᾽ οὐκ ἐγίνωσκεν; ἀγύμναστος ἦν δηλαδὴ τὸν λογισμὸν, ὃν γεγύμνασαι σὺ μᾶλλον ἐκείνου, καὶ εἴπερ ἔζη, συνεβουλεύσαμεν ἂν αὐτῷ παρὰ σὲ φοιτᾷν, ἵν᾽ ἐθισθῇ γινώσκειν ἀκόλουθόν τε καὶ μαχόμενον. ἔπειτ᾽ ἐντεῦθεν ἐκτρεπόμενοι συνείρουσι τοὺς ἀσελγεῖς εἰς ὕβριν τῶν προσδιαλεγομένων, οὕτω πολλοὺς ἐφεξῆς ὡς μηκέτ᾽ ἂν ἐπιτρέπειν φθέγξασθαι μηδενὶ, καὶ τοῦτ᾽ αὐτοῖς ἐστὶ τὸ τέλος τῆς συνουσίας. ἀλλ᾽ ἡμῖν γε νῦν (14) οὐχ ὡς ἄν τις ἀμείψαιτο τὸν ὑπαρξάμενον λοιδορεῖσθαι ζητοῦμεν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν εἰ Ἐρασίστρατος ἐχρήσατο φλεβοτομίᾳ, δεύτερον δὲ περὶ τῆς δυνάμεως τοῦ βοηθήματος. ἑκατέρου δ᾽ αὐτῶν ἀποδείξεις εἰσὶν ἴδιαι· τοῦ μὲν μὴ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ τὸν ἄνδρα τά τε συγγράμματα αὐτοῦ καὶ τῶν μαθητῶν οἱ ἀξιοπιστότατοι καὶ τοῦ Χρυσίππου διδασκαλεῖον ἅπαν, τῆς δὲ τῶν βοηθημάτων

ftrent, fed potius confequens effe oftendant, quod ipfe poftea illam ufurpaverit: ifti hunc ridentes. Tu tandem ajunt quid confequens fit cognofcis, Erafiftratus autem non cognovit? quafi vero ille ingenio exercitato non fuerit praeditus, tuque illo multo fis promptior, ac rationibus magis polleas. Si itaque volueris, illi, ut te difcendi caufa frequentet, confulemus, quo fcilicet quid ad quamque rem vel confequens vel pugnans fit cognofcere affuefcat. Atque his verbis habitis illinc difcedunt: in pofterum vero, ut collocutoribus aliquam contumeliam inurant, adjungunt fibi hominum perfrictae frontis catervam adeo copiofam, ut prae illorum clamoribus nemo loqui quicquam poffit, ejusmodique finem congreffuum ftatuunt. Sed nos impraefentiarum eum non quaerimus, qui convicia fpargenti vices referat, verum in primis quidem num Erafiftratus venae fectione aliquando fit ufus? Secundo autem, quasnam hoc auxilium vires habeat, indagamus. Atqui horum utriusque proprie habentur demonftrationes. Quod enim hunc venae fectione non fit ufus, teftantur et monimenta illius et difcipuli fide dignisfimi, Chryfippique univerfum auditorium. Caeterum de au-

δυνάμεως οὐκ ἔτι ταῦτα, προτάσεις δέ τινες ἀληθεῖς ἅμα τοῖς οἰκείοις συμπεράσμασι. εἰ δὲ ἐάσας τις ταῦτα πάντα τὴν ἀκολουθίαν μόνην ἐπικέλευεσθαι βούλοιτο, κινδυνεύσει τὰ σαφῶς ὑπ' Ἐρασιστράτου γεγραμμένα, μηδ' ὅλως οἴεσθαι γεγράφθαι. πρόσχες γοῦν μοι τὸν νοῦν ἐντεῦθεν ἀρξάμενος, ἐν ᾧ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς αὐτὸς ἐπαινῶν Χρύσιππον, ὡς καλῶς ἀντὶ τῆς φλεβοτομίας τοῖς διαδέσμοις τῶν κώλων [421] χρώμενον ἔγραψεν αὐτοῖς ὀνόμασι ταυτί· τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο βούλονται ποιεῖν καὶ φλεβοτομοῦντες τοὺς ἀνάγοντας αἷμα. ἀλλὰ πολὺ βέλτιον ὁ Χρύσιππος οὐ μόνον τὸ παρὸν ἐπιβλέπων, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐπιφερομένου κινδύνου φροντίζων, ἐχόμενον περὶ τὴν ἀναγωγὴν ὃ περὶ τὴν φλεγμονὴν κίνδυνος, ἐν ᾧ προσφέρειν μὲν οὐ ῥᾴδιον, φλεβοτομηθέντι δὲ καὶ πολὺν χρόνον ἀσιτήσαντι κίνδυνος ἐκλυθῆναι. οὐκ ἔτι προσέθηκεν ἐνταῦθα τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐν τοῖς τῆς φλεγμονῆς καιροῖς ἀσιτίαν ἀξιοῖ. λέλεκτο γὰρ αὐτῷ περὶ τοῦδε κατ' ἐκείνην τὴν ῥῆσιν ἐν ᾗ φησίν·

xilii hujus facultatibus non eadem eſt ratio: nam de his enunciata quaedam quam veriſſima, necnon et concluſiones ſelectae afferuntur. Praeterea ſiquis iſtis quoque poſthabitis, ſolum rerum ordinem ſequi voluerit, vel ſic ſcripta Eraſiſtrati, quia nihil tale in his proditum ſit modis omnibus periclitabitur. Reputa igitur haec in animo, praeſertim exordio illinc ſumpto, ubi ille in libro de rejectione ſanguinis Chryſippum laudibus extollens, quod loco venae ſectionis membra vinculis excipere conſueviſſet, haec ad verbum ſcripſit: *Hoc ipſum autem facere volunt ii, qui ſanguinem rejicientibus venam ſecant. At Chryſippus multo conſultius agit, ut qui non ſolum id quod inſtat prae oculis habeat, verum et impendentis periculi curam gerat: adhaeret enim his tempore rejectionis ex inflammatione periculum, in quo offerre non facile eſt, a venae autem ſectione inediam longo tempore toleranti, ne virtus illius exolvatur periculum imminet.* Atqui hic cauſam non adjecit, ob quam tempore inflammationis inediam injungat, utpote quae ab illo declarata eſt, quum in hanc ſententiam ſcriberet: *Conſe-*

ἀκόλουθον δὲ καὶ τὸ μηδὲν προσφέρειν τοῖς τετραυματισμένοις ὑπὸ τοὺς τῆς φλεγμονῆς καιρούς· στερνούμεναι γὰρ αἱ φλέβες τῆς τροφῆς ῥᾷον παραδέξονται τὸ παρεμπεπτωκὸς αἷμα εἰς τὰς ἀρτηρίας. τούτου δὲ συμβαίνοντος ἧττον αἱ φλεγμοναὶ ἔσονται. ὥστε τὴν ἀσιτίαν ἐν τοῖς τῆς φλεγμονῆς καιροῖς διὰ τοῦτο ἐπαινεῖ, διότι κενοῖ τὰς φλέβας. ἀλλὰ ἐὰν ἑνώσεις τοὺς εἰρημένους δύο λόγους, εἷς ἔσται τοιοῦτος. ὀρθῶς ὁ Χρύσιππος οὐκ ἐφλεβοτόμει τοὺς ἀνάγοντας αἷμα διὰ τὸ χρήζειν αὐτοὺς ὀλίγον ὕστερον κενωτικοῦ βοηθήματος τῆς ἀσιτίας. οὕτως δ᾽ αὐτὸς πάλιν ὁ λόγος, κἂν διὰ συντομωτέρων λεχθῇ, τοιοῦτός τις ἔσται. οὔκουν χρὴ κενοῦν τοὺς ἀνάγοντας αἷμα διὰ τὸ μικρὸν ὕστερον ἐν τοῖς τῆς φλεγμονῆς καιροῖς κενώσεως χρήζειν· ἔτι δὲ σαφέστερον οὕτως ἂν ῥηθείη. πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς φλεγμονῆς οὐ δεῖ κενοῦσθαι τὰς φλέβας, ὅτι κενουμένων αὐτῶν αἱ φλεγμοναὶ παύονται. καὶ μὴν πρόδηλός γε ὁ λόγος οὗτος ἐναντιοῦται πρὸς ἑαυτῶν. πλὴν οὖν εἴ τις αὐτῷ

quens est, quod vulneratis circa inflammationis tempora nihil sit offerendum: venae enim evacuatae ſanguinem, qui in arterias insilierit, facilius ſuſcipient: quod ubi contigerit, inflammationes minus contingent. Quapropter ille inedias tempore inflammationis ea cauſa laudat, quia illae venas evacuent, verum ſi ambas has ſententias in unum redegeris, ſermo integer talis erit: Chryſippus ſane recte fecit, qui non ſecuerit venam iis qui ſanguinem rejiciebant eo quod illi paulo poſt evacuatorio auxilio, puta inedia, indigebant. Praeterea idem iſte ſermo ſi compendioſius quoque dicatur, ejusmodi erit: Sanguinem rejicientes nequaquam ſunt evacuandi, quia paulo poſt inflammatione ingruente evacuatione opus habebunt. Etiam vero clarius is hoc pacto explicaretur: Ante inflammationis tempus venas evacuare non licet, ipſis quippe evacuatis inflammationes ceſſant. At ſermo iſte evidenter ſibi ipſi repugnat, niſi ſiquis ſuppetias illi laturus duo haec temere adjiciat, quod videlicet melius ſit ut corpus per inflammationis tempus evacuetur, non ante: quodque inedia

βοηθῶν ἰταμῶς δύο ταῦτα εἰσηγοῖτο, τό τε βέλτιον εἶναι κενοῦν τὸ σῶμα κατὰ τὸν τῆς φλεγμονῆς καιρὸν οὐ πρόσθεν, ἀσιτίαν τε μᾶλλον ἢ φλεβοτομίαν, ἀλλ' ἐᾶν. ταῦτα λέγοντα οὔτε ἀποδεδεῖχθαι τὸ προκείμενον φήσομεν οὔθ' ὁμολογούμενον ὑπάρχον ἑαυτῷ. διαφέρεται γοῦν τοὺς λόγους τὰ μέρη μὴ σώζοντα τὴν ἀκόλουθον. ἐναργῶς γὰρ φαίνεται πᾶσιν ἀνθρώποις. ὅσοι γὰρ ἔχουσιν νοῦν τε καὶ σμικρὸν ὥστε σκοπεῖν ὡς θεμένῳ, τὸ παρεμπεπτωκὸς εἰς τὰς ἀρτηρίας αἷμα διὰ τοῦ κενῶσαι τὰς φλέβας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανάγειν χώραν, ὅτι τάχιστα τοῦτ' εἶναι πρακτέον. ἐναργὲς δὲ καὶ ὅτι βοηθήματι κενωτικῷ χρηστέον ἐλαχίστῳ τε χρόνῳ τὴν κένωσιν ἣν ποιήσασθαι δυναμένων καὶ χωρὶς τοῦ κακῶσαι τὸ σῶμα. δέδεικται γὰρ ὀλίγον ἔμπροσθεν ὅσα βλάπτουσιν αἱ ἀσιτίαι πολλάκις τοὺς κάμνοντας. ἐξεῖναι γοῦν τινὶ λέγειν οὑτωσὶ, γελοιοτάτους ἐγὼ νομίζω τοὺς ὑπολαμβάνοντας Ἐρασίστρατον ἐπὶ τῶν αναγόντων αἷμα χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ. ὅπου γὰρ ἀσιτίαν ὡς κενωτικὸν ἐπαινεῖ βοήθημα, πολὺ δήπου μᾶλλον αὐτὴν

fit magis quam ipſa venae ſectio uſurpanda. Sed ſi haec dicat, nos hunc neque quod propoſitum fuerat demonſtraſſe, neque ſibimet conſentanea dixiſſe, reſpondebimus: in hocque has partes diſcrepare dicemus, quod ordinem ſermonum non obſervent. Omnibus enim hominibus, qui praeſertim tantum mentis poſſident, ut conſideratione etiam pauxillum quid conſequi poſſint, perſpicuum eſt quod huic qui ſanguinem in arterias tranſilientem per evacuationem venarum ad proprium locum reducere velit, id primo quoque tempore ſit faciendum. Manifeſtum etiam eſt quod evacuatorio auxilio quam celerrime utendum ſit, ut quo et breviſſimo temporis ſpatio et ſine ulla corporis perturbatione evacuationem quamvis perficere poſſimus. Quantum enim inediae perſaepe laedant, ſuperius demonſtratum eſt. Proinde in hunc modum alicui dicere integrum erit: Arbitror equidem ridendos eſſe eos, qui Eraſiſtratum quandoque ſanguinem rejicientibus venam ſecuiſſe putant, quandaquidem ubi inediam tanquam evacuatorium praeſidium laudat, multo hercle magis ipſam

ἐπαινέσει τὴν φλεβοτομίαν. ὅπου δὲ κατὰ τὸν τῆς φλεγμονῆς καιρὸν ἡγεῖται δεῖν ἔτι κενοῦν, εὔδηλον ὅτι μᾶλλον ἀρχομένης αὐτῆς ἢ μελλούσης ἐπαινέσει τὴν κένωσιν. οὐ γὰρ οὕτω γ᾽ ἦν ἀμαθὴς Ἐρασίστρατος, ὅτι θᾶττον πολὺ ἐκ τῶν ἀρτηριῶν εἰς τὰς φλέβας ἐπανάξει τὸ αἷμα κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς παρεμπτώσεως, οὔτε σφηνούμενον ἤδη σφοδρῶς, οὔτ᾽ ἐξικμασμένον ὑπὸ τῆς πυρετώδους θερμότητος, διὰ τοῦτο παχὺ γεγενημένον. ὁ ταῦτα λέγων ἆρ᾽ οὐκ εἶναι γελοῖον ἑαυτὸν [422] ἀποφαίνων οὐκ ἐκείνοις οἷς ἐγκαλεῖ. γεγραφότος γὰρ αὐτοῦ τοῦ Ἐρασιστράτου μὴ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ, διότι φυλάττειν ἄμεινον ἐστὶν ἐν τῷ τῆς φλεγμονῆς παραληφθήσεσθαι.

Κεφ. η'. Ἴσχειν ἀνίατον ἢ πάντως γε δυσίατον, οἷα καὶ ταῖς αἱμοῤῥοΐσιν ἐπιγίνεται. λεγόντων δ᾽ ἡμῶν ὡς οἱ τῶν κώλων δεσμοὶ τὸ πλῆθος εἰς ἑαυτοὺς ἀγαγεῖν εἰσὶν ἱκανοὶ χωρὶς τῆς φλεβοτομίας, ἀδύνατον ἔφασκεν εἶναι γενέσθαι τοῦτο κατὰ τὰς πληθώρας, ἐφ᾽ ὧν αὐτὸς ὁ

venae fectionem laudaturus fuerit: ubi quoque inflammationis tempore evacuatione opus esse arbitratur, fub illius initium magis quam quum futura est ipfam laudaturum fuiffe in confeffo eft. Neque etenim Erafiftratus rerum adeo imperitus erat, ut non multo citius fanguinem ex arteriis in venas reduci putaret, quum neque circa infultus initium ille vehementer effet denfatus, neque a calore febrili tantopere eliquatus, ut ob id craffiusculus efficeretur. Nam qui hoc ipfum affereret femet potius deridendum quam illos quos accufat exhibere: quandoquidem quum Erafiftratus ipfe fcribat venae fectionis ufum ea caufa non effe ufurpandum, quia inflammationis tempore longe melius fit, ut affumptionem evitemus.

Cap. VIII. Continere infanabile aut omnino curatu difficile, qualia et haemorrhoidibus accidunt. At quum nos membrorum deligaturas diceremus repletionem absque venae fectione adducere ad fefe effe idoneas, ille hoc ait impoffibile in plethoris effe, ob quas ipfe Erafiftratus brachia manusque ac

Ἐρασίστρατος ἔφη παραπίμπρασθαι βραχίονάς τε καὶ χεῖρας καὶ κνήμας, τοῦτο γάρ τοι τὸ παραπίμπρασθαι γίνεσθαι διὰ πλῆθος τοῦ αἵματος τεινομένων τῶν ἀγγείων. πῶς οὖν ἔτι δυνατὸν εἰς αὐτὰς μεταστῆσαι τὸ κατὰ βάθος, ὁπότε φαίνεται καὶ τὸ χωρὶς ἐκείνου κινδυνεύειν ἤδη ῥαγῆναι; καὶ μὴν Ἐρασίστρατον γεγράφαμεν ἐπαινεῖν Χρύσιππον, οὐ μετὰ τοῦ διωρίσθαι τὸν λόγον, ὡς νῦν ποιήσω, γράψας, ἀλλ' ἁπλῶς ἀποφηνάμενος. ἔχει γὰρ ἡ λέξις ὧδε. ἀποδέσεις δὲ ποιεῖσθαι ἐρίοις παρ' αὐτὰ τὰς μασχάλας καὶ τοὺς βουβῶνας. ἀποδέσεις ἔφη ποιεῖσθαι, μηδὲν ἔτι προσθεὶς τῷ λόγῳ πότερον ἐπὶ μὲν τῶν πληθωρικῶν οὐδὲν μὲν ἀνήσει τὸ βοήθημα, τοὺς δὲ ἄλλους ὠφελήσει, ἀλλ' ἁπλῶς ἀποφηνάμενος ἵν' ἐπὶ πάντων σκοπῶμεν. τί γὰρ, ἔφη, προσέθηκεν ἐπὶ πάντων ἀκούσωμεν οὑτωσί πως γράψας· ἀποδέσεις ποιεῖσθαι, ἐρειδέων ἐπὶ πάντων· ἀλλ' ἁπλῶς εἶπεν, ἀποδέσεις ποιεῖσθαι ἐρίοις παρά τε τὰς μασχάλας καὶ τοὺς βουβῶνας, ὡς ἡμῶν δυναμένων νοεῖν ἐπ' ἐκείνων εἰρῆσθαι τὸν λόγον, ἐφ' ὧν ἐστὶ δυνατὸν εἰς τὰ

tibias aduri dixit, fierique id, quia vafa propter fanguinis multitudinem intenderentur. Qua ratione ergo in illa id quod in profundo eft delabi amplius, quum et fine illo ne ipfa rumpantur periclitari jam videntur? Atqui jam declaravimus, quod Eraſiſtratus Chryſippum laudaverit non appoſita, ut ego nunc ſcribendo faciam, aliqua ſermonis diſtinctione, verum abſolute ſententiam ſuam prodens. Oratio namque ſic habet: Deligationes vero laneis vinculis circa alas ipſas ac inguina faciendae. Deligationes enim, inquit, faciendae, neque interim utrum hoc auxilium plethoricis ſolis nihil commodi afferat, aliisque e diverſo emolumento ſit futurum ſermoni addidit, ſed ſimpliciter pronunciavit, quo de omnibus dictum iſtud intelligamus. Atqui, ajebat ille, ſi de omnibus id intelligendum eſſet, ipſemet iſtud declaraſſet in hunc modum ſcribens: Deligationes in omnibus faciendae, verum ſimpliciter protulit, Deligationes laneis vinculis circa alas inguinaque faciendae, eo quod nos ipſi ſuſpicari poſſemus orationem hanc de illis tantum habitam eſſe, in quibus ad membra ſanguinem transferri poſſibile eſt: nam in quibus id fieri nequit,

κῶλα μεταχθῆναι τοῦ αἵματος. ὡς ἐφ᾽ ὧν ἀδύνατον, οὐδὲ ἐπιχειρητέον ἐστὶ τοῖς τῶν κώλων δεσμοῖς. τί δή ποτ᾽ οὖν, ἔφαμεν, οὐκ αὐτὸ τοῦτο ἔγραψεν ὁ Ἐρασίστρατος ὡς σὺ νῦν εἶπες; ὡς ἐπὶ μὲν τῶν οὕτω πληθωρικῶν, ἐν οἷς παραπίμπρανται βραχίονές τε καὶ κνήμαις καὶ πήχεις, αἵματος ἀφαιρεῖν προσήκει, τῶν δ᾽ ἄλλων διαδεῖν τὰ κῶλα; ὅτι, ἔφην, ἀνθρώποις ἔγραψεν οὐ κοινοῖς δυναμένοις τὰ ἀκόλουθα γνῶναι καὶ πρᾶξαι ταῦτα, καὶ μηδὲ ἐπιχειρεῖν ὅλως ἀδυνάτοις. μὴ δεῖν κελεύεις οὖν ἡμᾶς, ἔφαμεν, ὅταν μέν ποτε πληθωρικὴ διάθεσις ᾖ κατὰ τὸ σῶμα, κἂν Ἐρασίστρατος μὴ γράψῃ φλεβοτομίαν. ἐναργὲς γάρ ἐστι τοῦτο καὶ φαίνεσθαι σαφῶς ἅπασι καὶ διὰ τοῦτο μήδ᾽ ὑπ᾽ Ἐρασιστράτου γεγράφθαι, τὰς ἄλλας διαθέσεις (15) ὅσαι χωρὶς πληθώρας εἰσὶν Ἐρασίστρατος ἔγραψεν ἰᾶσθαι. τὸν δὲ πνεύσαντα πρὸς ταῦτα πρώτης μὲν ἐπακοῦσαι τῆς ἐκ τοῦ τρίτου περὶ πυρετῶν ἠξίωσα ῥήσεως. ἐφεξῆς δὲ καὶ τῆς ἐκ τοῦ προτέρου τῶν ὑγιεινῶν. ἔστι δὲ ἡμῖν ἐκ τοῦ τρίτου τῶν πυρετῶν ἥδε· περὶ μὲν οὖν τὰς

ne vincula quidem eorum membris ſunt adjicienda. Cur ergo, ajebamus nos, hoc quod nunc dicis Eraſiſtratus non ſcripſit? an quia iis, qui adeo repleti ſunt, ut eis brachia tibiaeque ac cubiti adurantur, ſanguinem ſubtrahere neceſſarium ſit, caeteris vero ſola membrorum deligatio ſufficiat? Quoniam, inquit, non hominibus vulgaribus ſcripſit, verum iis, qui ea quae res ipſas neceſſario conſequuntur cognoſcere atque operari poſſint, impoſſibiliaque nequaquam aggredi in animum inducant. Nonne ergo, inquiebamus, ſi aliquando plethorica diſpoſitio corpus occupaverit, etiamſi Eraſiſtratus iſtud non ſcripſerit, venae ſectione opus eſſe dices? In confeſſo enim eſt quod hoc omnibus cognitum ſit ideoque ab Eraſiſtrato non eſt deſcriptum: caeteros namque affectus quicunque ſine repletione fiunt, Eraſiſtratus ſeorſum mederi juſſit. Verum quum ille ad haec obſtreperet, primum quidem hortatus eum ſum, ut ſententiam ex tertio de febribus deſcriptam audiret: deinde vero et eam, quae in priore de Salutaribus commentario habetur. Nam quae in tertio de Febribus reperitur haec eſt: *Igitur circa aegritudinum prin-*

ἀρχὰς τῶν ἀῤῥωστιῶν καὶ τὰς τῶν φλεγμονῶν γενέ[423]σεις ἀφαιρετέον ἂν εἴη πᾶσαν προσφορὰν ῥοφημάτων τε καὶ σιτίων. γίγνονται γὰρ ὡς τὸ πολὺ αἱ τοὺς πυρετοὺς ποιοῦσαι τῶν φλεγμονῶν διὰ πληθώρας. διδομένων οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς προσφορῶν καὶ πέψεως καὶ ἀναδόσεως, τὰς κατ᾽ αὐτὰς ἐνεργείας ἀποδιδουσῶν πληρουμένων ἀγγείων τῆς τροφῆς, ἐπιπλέον τε καὶ ἰσχυροτέρας συμβήσεται τὰς φλεγμονὰς γίνεσθαι. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ σαφῶς ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψέ τε τὸ τῆς πληθώρας ὄνομα καὶ θεραπείαν αὐτῆς διδάσκων ἀσιτίας μὲν ἐμνημόνευσε, φλεβοτομίαν δὲ ἐσιώπησε. ὥστε καὶ τετράκις ἐψεύσω βέλτιστε, πρὸς τὸν Ἐρασιστράτειον ἔφην, ἐπειδὴ φαίνεται καὶ θεραπείας πληθώρας ὁ Ἐρασίστρατος γράψας. οὕτω δὲ κἂν τῷ προτέρῳ τῶν ὑγιεινῶν μετὰ τοῦ προειπεῖν ὅπερ ἄν τις γνωρίζοι πληθώρας ἐφεξῆς ἰάματα γράφων, πάντων μᾶλλον ἢ φλεβοτομίας ἐμνημόνευσεν. ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε· μεγίστην δὲ ἔχειν τισὶν εἰς ὑγείας φυλακὴν, ὡς ἔμπροσθεν συμβαλλόμενον τὸ γνῶναί τε καὶ φυλά-

cipia ac inflammationum generationes omnis ciborum sorbitionumque oblatio subtrahenda est, plerumque enim inflammationes, quae febres suscitant, ex repletione fiunt. Si ergo in hujusmodi temporibus oblationes dentur et eas concoctio distributioque pro suarum actionum facultate vicissim distribuant, venaeque alimento impleantur, adhuc longe majores ac vehementiores inflammationes saepenumero fieri accidit. His verbis Erasistratus nomen repletionis aperte descripsit, modumque illius curandi tradens inediae comme- minit, venae vero sectionem silentio plane praeteriit. Quapropter ad Erasistrateum illum me convertens, Quater, inquam, o amicissime, mentitus es, quandoquidem Erasistratum repletionis medicandae rationem separatim scripsisse patet. Idem namque vel in priore Salutarium libro, ipsaque illius praefatione recitat, quo cuique cognitum esse possit, illum quum repletionis remedia ordine scriberet, quidvis potius quam venae sectionis meminisse. Dictio autem sic habet: *Summam in quibusdam sanitatis curam rationemque habere oportet, ideoque qua via quis eum, qui in repletione*

ξεσθαι δύνασθαι τὴν κατὰ πληθώραν διάθεσιν. δι' ὧν μὴ δεῖ μάλιστα μὲν ἀρχομένης αὐτῆς διαλύειν· εἰ δὲ μὴ, προσελθούσης πρὸ τοῦ ἀρχὴν ἀῤῥωστίαν ποιῆσαι. πλείους δὲ τρόποι τοῦ διαλύειν τὴν τοιαύτην διάθεσιν εἰσὶν καὶ οὐχ οἱ αὐτοὶ πᾶσιν ἁρμόζουσιν, περὶ ὧν ἂν ἐφεξῆς εἴη τοῦ λέγειν. τοῖς μὲν οὖν εἰθισμένοις διαπονεῖν τῶν σωμάτων κράτιστον ἂν εἴη, τοὺς συνήθους πόνους μικρῷ πλείους ποιοῦνται διαλύειν πειρᾶσθαι τὴν τοιαύτην διάθεσιν, μετὰ δὲ τὰ γυμνάσια ἱδρῶτάς τε ἐν βαλανείῳ ἐκκρίνειν ἢ διὰ πυριάσεως ἐξηράνθαι σύνηθες καὶ λουτρῷ πλείονι χρῆσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἐν ἡσυχίᾳ πλείονι γίνεσθαι πλείω χρόνον μηδὲν προσφερόμενον. οὗτος γὰρ καιρὸς μάλιστα συναιρεῖ τὴν πληθώραν ὁ ἀπὸ τῶν γυμνασίων καὶ τοῦ λουτροῦ, ἐὰν μηδενὸς προσενεγκάμενός τις ἡσυχάζει πλέον χρόνον μετὰ ταῦτα, ἄριστον μὲν ἀφαιρεῖσθαι, τὸ δὲ δεῖπνον ἔλασσον λαμβάνειν καὶ ὄγκους ἀτρόφους εἶναι τοὺς προσφερομένους. εἴη δ' ἂν τοιαῦτα λαχάνων τε γένη

fieri consuevit, affectum cognoscere atque observare possit, in primis colligendum est. Incipiente enim ea, a dissolventibus abstinendum quam maxime est: si autem illa nondum adsit, antequam aegritudinis initium fiat, illis utitor. Atqui plures modi extant, quibus hujusmodi affectus dissolvi potest, neque iidem cunctis quadrant. Sed de his jam ordine dicere constituimus. Qui ergo corpus laboribus exercere consueverunt, his multo praestantissimum fuerit, ut illos paulo plures quam pro consuetudine ineant, ipsisque affectum hunc dissolvere tentent: ab exercitiis vero sudores in balneo proritent. Porro siquid supercalefactione exiccatum est, tum pluribus lavacris uti, hisque omnibus peractis, in multa quiete longo tempore nullas oblationes assumentem degere, consuetum est. Illo enim tempore repletio summopere sustollit, praesertimque si post exercitia et lavacra quis longo temporis spatio nulla oblatione utatur, quiescatque postea aliquamdiu. Prandium vero subtrahendum est, sed et coena minor solito assumendu. Tum qui offeruntur cibi nutrimento fere careant, veluti sunt olera

ὠμῶν καὶ ἑφθῶν καὶ κολοκύνται καὶ συκιοὶ, πέπονές τε οἱ ἁπαλοὶ καὶ σῦκα χλωρὰ καὶ τῶν ὀσπρίων τινὰ μετὰ λαχάνων ἑψόμενα, ἄρτος τε μὴ πεπονημένος. ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα τὴν μὲν κοιλίαν εὐέκκριτον ποιοῦσι, τὰ δὲ ἀναδιδόμενα ἀπ᾽ αὐτῶν οὐδὲ πολλὰ οὐδὲ ἰσχυρά ἐστι. κρεῶν καὶ ἰχθύων καὶ τῶν ἑψημάτων τῶν μετὰ γάλακτος χόνδρου τε καὶ ἀμύλου καὶ πάντων τῶν τοιούτων, ἀφεκτέον ἐν τῷ εἰρημένῳ καιρῷ ἢ ὀλίγοις παντάπασι. χρῆσθαι δὲ τῇ ἀγωγῇ τῆς ἐπιμελείας ταύτης, ὡς ἂν ἀσφαλῶς καθαιρεθῇ ἡ γενομένη πληθώρα. οἷς δὲ μὴ σύνηθες τὸ μὴ διαπονεῖν τῷ σώματι οὐκ ἐπιτήδειον γυμνάσια πλείω ἐμβάλλειν. ταῦτα γὰρ ὁμοίως τοῖς πλείστοις ἀσφαλεῖς ποιεῖται τὰς κενώσεις. χρήσιμον δὲ πᾶσι κοινὸν ὅσοι τυγχάνουσιν εὐεμεῖς ὄντες, τοὺς ἀπὸ τοῦ δείπνου ἐμέτους ποιεῖσθαι, ἐὰν μὴ πρός τι ἄλλο ἀνάρμοστοι ὦσι, μὴ πολὺν χρόνον διαλείποντας ἀπὸ τῆς προσφορᾶς, ἵνα μετέωρά τε τὰ σιτία λαμβάνονται πρὸς τὸ ἐμεῖν καὶ μὴ πολὺ πρὸ τοῦ ἐμεῖν τὰ ἀναδιδόμενα

pleraque tam cruda quam cocta cucurbitaeque ac cucumeres peponesque teneri et ficus recentes, legumina item cum oleribus cocta: panis quoque omni vitio careat. Nam sic universa talia partim alvum lubricam reddent, partim nutrimenta, quae ex illis fiunt, neque copiosa neque fortia efficient. Verum a carnibus piscibusque ac omnibus rebus cum lacte, chondroque et amylo elixatis et caeteris id genus alimentis dicto tempore abstinendum, vel prorsus paucis utendum. Huic autem victus rationi diligenter ob id insistendum, quo repletio jam consistens secure sustollatur. Caeterum qui corpus laboribus exercere non sunt assueti, his plura exercitia commodum non est injungere, quamquam haec alioqui, prout plurima alia, evacuationes tutas faciant. Praeterea vero quicunque ad vomendum propensi sunt, ut a coena vomitiones instituant, omnibus communiter utile est. Ne autem ad aliquid aliud minus idonei fiant, vomitus ab oblatione non multum temporis intercedat, sic enim cibi adhuc in superioribus partibus existentes facilius evomentur: proindeque alimenta, quae ex ipsis cibis

ἀπ' αὐτῶν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἀριστᾷν τε καὶ ἱδρῶτας καὶ λουτρὰ ποιεῖσθαι. κενωθέντος δὲ τοῦ σώματος καὶ τῆς πληθώρας ἀποκατάστασιν λαβούσης, συντόμως ἐπὶ τὰ εἰθισμένα ἐπαναγαγεῖν. ἔν τε οὖν τούτῳ τῷ λόγῳ πάντα σαφῶς ὁ Ἐρασίστρατος ἐδήλωσεν· ἄλλοις μὲν τοῖς βοηθήμασιν [424] ἑαυτὸν χρώμενον ἐπὶ τῆς πληθωρικῆς διαθέσεως, οὐ χρώμενον, φλεβοτομίᾳ καὶ πάλιν ἐν τοῖς κατωτέρω τοῦ συγγράμματος, ἔνθα φησίν· ἐννοεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰ τοιαῦτα διότι οὐ πάντες ἄνθρωποι ἐπὶ ταῦτα φέρονται πάθη, ἀλλὰ γενομένου περὶ πλείους τοῦ αὐτοῦ συμπτώματος, λέγω δὲ πληθώρας, οἷς πᾶσιν ἐπὶ τοὺς τόπους εἴθισται ἡ ὁρμὴ γίγνεσθαι, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐπὶ τὸ ἧπαρ, ἐνίοις δὲ ἐπὶ τὴν κοιλίαν, ἄλλοις δὲ εἰς ἐπιληπτικὰ πάθη, τοῖς δὲ ἐπὶ τὰ ἄρθρα. ἕκαστον οὖν δεῖ συνθρωτὰ εἰθισμένα ἑαυτῷ συμβαίνειν τὴν ἁρμόζουσαν φυλακὴν γιγνομένοις πάθεσι ποιεῖσθαι. οὐ γὰρ ὡσαύτως φυλακτέον τῷ εἰθισμένῳ εἰς ἐπιληπτὸν φέρεσθαι καὶ τῷ εἰς αἱμοπτυικὰ, ἀλλὰ τῷ μὲν

generantur non multo ante vomitionem distributa sint. Ad haec postero die lavacra sudoresque provocare oportet. Quin etiam evacuato jam corpore atque repletione restaurationem nacta, paulo post ad consueta redeundum. His ergo verbis Erasistratus clare per omnia indicavit quod ad repletionis affectum medicandum aliis omnibus auxiliis usus sit, venae autem sectionem nunquam adhibuerit, istudque et in sequente operis parte innuit, dum in hunc modum loquitur: *Haec vero animo revolvenda sunt, quod non omnes homines ad quosvis affectus aequaliter propensi sunt, sed ubi aliquando idem symptoma, veluti repletio est, intra plurimos contingat, in omnibus ad quae consuevit loca impetu fertur et in aliis quidem ad hepar, aliis rursum ad alvum, nec desunt quibus illa vel epilepticos affectus vel articulorum dolores conciliet. Opus est ergo, ut unusquisque ea quae illi contingere consueverunt considerans curam affectibus provenientibus idoneam instituat. Non enim eadem ratione ad epilepsiam inclinato, qua sanguinem spuenti curatio exequenda: verum illi perpetuo labore defati-*

εἰς πόνους ἀφειδῶς δοτέον, τῷ δὲ φυλακτέον τὰ ἐπιπονώτερα γυμνάσια. κίνδυνος γὰρ ἂν ἦν ἐν τῷ διαπονεῖν ἀρχὴν ῥήξεως γενέσθαι. ὁμοίως τῷ μὲν εἰς ἐπιληπτικὰ φερομένῳ ἀφειδῶς αὐτὸν διδόναι εἰς ἀσιτίαν τε καὶ ὀλιγοσιτίαν. τὰ δὲ πλείω λουτρὰ καὶ μεταβολὴν ἰσχυρὰν ποιοῦντα φυλακτέον. τῷ δὲ ἐπὶ νεφριτικὰ πάθη φερομένῳ σιτία μὲν ἐλαφρὰ ποιεῖν, λουτροῖς δὲ ἀφειδῶς χρῆσθαι, τό τε πινόμενον οὐκ ἐπιτήδειον συστέλλειν, ἵνα μὴ δριμέων τῶν οὔρων γινομένων, ἀναδάκνονται οἱ τόποι δι᾽ ὧν φέρεται ἡ ἔκκρισις, ἐργῶδές τε καὶ τὸ διαπονεῖν πλείω τοῖς τοιούτοις. οἷς δὲ ἐπὶ σπλῆνα ἢ τὸ ἧπαρ εἴθισται φέρεσθαι, κόπους τε καὶ ψυχρολουσίαν εὐλαβητέον, ἀσιτίαις τε καὶ ὀλιγοποσίαις καὶ λουτροῖς τὸ ἐπίπαν τὴν φυλακὴν ποιεῖσθαι.

Κεφ. θ΄. *Ἐν τούτοις πάλιν ὁ Ἐρασίστρατος ἐναργῶς ἐνεδείξατο τὴν αὐτοῦ γνώμην. ἄγε τοὺς ἐκ πληθώρας ἤτοι γ᾽ αἷμα πτύσειν μέλλοντας, ἢ τοῖς ἐπιληπτικοῖς ἁλί-*

gari, huic autem a laborioſis exercitiis cavere operae pretium eſt: verendum namque eſt ne ex defatigatione initium ruptionis ſuboriatur. Sed et qui epilepticis affectibus obnoxius eſt, in labore continuo ac inedia et cibi paucitate ſe contineat, frequentia autem lavacra, quaeve vehementem permutationem afferunt, modis omnibus evitet. Quos vero renales affectus plerumque infeſtant, his cibi concoctu faciles offerendi, ac lavacra affatim injungenda: potus autem conſtringendi facultate careat, ne lotium acrius redditum loca per quae excretio ipſa fertur, arrodat: ad haec exercitiis diu inſiſtere hujusmodi hominibus noxium eſt. Quibus autem vel ad ſplenem vel jecur fluxio ferri conſuevit, his a laboribus nimis frigidaque ablutione abſtinendum, inediisque et paucitate potationum ac lavacris curatio in univerſum procuranda.

Cap. IX. In his rurſum Eraſiſtratus ſuam ſententiam clare oſtendit. Nam eos, quibus ex repletione vel ſanguinis ſputum vel epilepticus morbus imminet, neque fortiter pur-

-σεσθαι πάθεσι, οὔτε διὰ τῶν ἰσχυρῶς καθαιρόντων φαρμάκων ἐπεχείρησε κενοῦν, ἀλλ' οὐδὲ διὰ πλήθους τρίψεως ἀσθενεστέρου μὲν ἢ κατ' αὐτὰ βοηθήματος, ἰσχυροτέρου δὲ οὐ σμικρῷ μόνης τῆς ἀσιτίας. πλήθει γοῦν τρίψεως ἐνίους τῶν τοιούτων ἐκενώσαμεν ὑπὸ μαλακείας ψυχῆς, οὔτε καθαῖρον φάρμακον ὑπομένοντας λαβεῖν οὔτε ἐπιτρέποντας τέμνειν τὴν φλέβα. καὶ εἴπερ ἦν ἱκανὸν ἐπὶ πάντων τὸ βοήθημα τοῦτο, τάχα ἄν τις ἀντὶ φλεβοτομίας αὐτῷ χρῆσθαι διηνεκῶς ἐδύνατο. νῦν δὲ ἐστὶν ὅτε μικρότερον εὑρίσκεται τῆς κατὰ τὸ σῶμα πληθώρας καὶ μάλιστ' ἀηθῶν τρίβεσθαι κοπώδεσιν αὐτίκα διαθέσεσιν ἁλισκομένων, ἢν ἐπιπλέον τριφθῶσιν. ἔνιοι δὲ πυκνὸν καὶ σκληρὸν ἔχουσι τὸ δέρμα, κἂν πλείστη τρίψις προσαχθῆ, κένωσις βραχυτάτη γίνεται. εἰ δέ τις ἰατρὸς ἐπιμελῶς ὁμιλήσει τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης αὐτῆ τῆ πείρᾳ διδαχθεὶς, οἶδεν ὅπως ἐπικαλεῖται παροξυσμὸν ἐπιληπτικὸν ἡ τοῦ στομάχου κένωσις. ἔγνω δὲ καὶ τοὺς ἐπὶ κακοπραγίᾳ μόνη στομάχου ταῖς ἐπιληψίαις [425] ἁλισκομένους, ὧν ἔνιοι

gantibus medicamentis evacuare unquam, neque frequenti frictione uti voluit: quae ipsa etsi debilior sit quam quae hujusmodi morbis adamussim opitulari possit, praestantior tamen non paulo una inedia existit. Frequenti enim frictione non paucos istorum evacuavimus, quum alias prae animi ignavia, neque purgans medicamentum assumere auderent neque venae sectionem sufferrent. Sique auxilium hoc in omnibus sufficeret, forte quis ipso venae sectionis loco semper uti posset. Constat autem quod interdum multo minus debiliusque reperiatur quam quale corporis repletio exigat; maximeque quia illi, qui frictionibus non assueverunt, si plus aequo perfricti fuerint, dolorosis affectionibus illico corripiantur. Nonnulli e contra densam duramque cutim quum habeant, etiamsi plurimam subierint frictionem, nihilominus quam paucissimam evacuationem experiuntur. At si quis medicus in artis operibus diligenter versabitur, ipsa experientia edoctus, quantopere stomachi inanitio ad accersendum paroxysmum epilepticum faciat, sine negotio cognoscet. Dispiciet etiam illos, qui ob solam stomachi laesam actionem

βλάπτονται μεγάλως ὑπὸ τῆς ἀσιτίας, ὥσπερ γε καὶ Διόδωρος ὁ γραμματικός. οὗτος γὰρ εἴ ποτε κατά τινα περίστασιν γραμμάτων ἐπιπλέον ἄσιτος διετέλεσεν, ἐπιληπτικὸς ἐσπᾶτο. καὶ τοίνυν ἐπενοήσαμεν αὐτῷ βοηθήματι περὶ τρίτην ὥραν ἢ τετάρτην ἄρτον προσλαμβάνειν ἐξ οἴνου κεκραμένου. καὶ τούτῳ χρώμενος ἐτῶν ἤδη πολλῶν ὑγίαινε, μόνου φροντίζων ἑνὸς τοῦ πέπτειν ὅτι κάλλιστα τὴν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τροφήν. καὶ ποτὲ διά τινα χρείαν πολιτικὴν (16) ἀναγκασθεὶς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἕως μεσημβρίας ἄσιτος διατρῖψαι, καταπεσὼν ἐσπάσθη. οὗτος μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐπὶ τῷ στομάχῳ κακοπραγοῦντι ταῖς ἐπιληψίαις ἡλίσκετο. τοὺς δὲ ἄλλους εἰ καὶ μὴ μόνους, ἀλλ' ὅταν ἐπιτηδείως ἔχῃ, συμπαροξύνει τε κἀξέλκει διὰ ταχέων ὁ στομαχὸς βλαβεὶς εὔδηλον. ἔστι δ' ὅτε τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὀνομάζεται στόμαχος ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. ἐν ταύταις ταῖς διαθέσεσι καὶ πολλοῖς γε ἤδη πρὸ ἡμῶν ἐγνώσθησαν αἱ τοιαῦται διαθέσεις ὑπὲρ ὧν ἑτέρωθι κάλλιον εἰπεῖν. ἐν δὲ τῷ

epilepsiis corripiantur, ex inedia vehementer laedi, velut et Diodoro grammatico usu venit. Is enim si quando in quodam ludo literario existens famem diutius sustineret, illico epilepsia convellebatur. Huic itaque praesentaneo remedio succurrebamus jubentes ut circa tertiam aut quartam diei horam panem ex vino temperato assumeret: hocque praesidio usus annis permultis sanus degebat, quippe qui hujus solius rei curam gerebat, ut cibos in coena assumptos quam optime concoqueret. Aliquando autem quum propter civilia quaedam negotia in foro ad meridiem usque sine cibo perdurare cogeretur, humi prostratus denuo convulsus est. Iste igitur, veluti indicavi, propter stomachi vitium epilepsia vexabatur. Manifestum etiam est quod stomachus laesus, si modo ad hoc idoneus fuerit, alias partes non paucas una secum exacerbet, ac ad consensum trahat. Hoc loco autem advertendum est, quod in hujusmodi affectibus os ventris stomachus a medicis appelletur. Caeterum vel multi ante nos fuerunt, qui hos affectus jam pernoverant, ideoque de his plenius tractare alibi praestiterit: impraesentiarum vero hu-

παρόντι μέχρι τοσούτου λελέχθαι, μετρίως δηλούντων ἡμῶν ὅτι πολλοὶ τῶν ἐπιλήπτων ὑπὸ τῶν μακροτέρων ἀσιτιῶν κακούμενοι τὸν στόμαχον ἐξ αὐτοῦ τούτου παροξύνονται. ὑποκείσθω τοίνυν ὁ μὲν ἄνθρωπος εἶναι πληθωρικὸς οὕτως ὡς παραπεπρῆσθαι βραχίονάς τε καὶ τὰ περὶ μηροὺς καὶ κνήμας, ἡ δ᾽ ὥρα τοῦ ἔτους ἔαρ εἰσβαλὸν, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐτὴ σπάνιος ὑπόθεσις, ἀλλ᾽ ἡμεῖς μὲν καὶ πάνυ πολλάκις ἐθεασάμεθα διακειμένους οὕτως ἀνθρώπους ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. προσυποκείσθω δὲ καὶ τρίψεων εἶναι καὶ γυμνασίων ἀήθης ὁ τοιοῦτος, ὑπό τε τῆς ἀσιτίας κακούμενος, εἶτα ζητῶμεν ὅπως αὐτὸν κενώσωμεν. ἆρά γε λουτροῖς πλείοσιν ἢ γυμνασίοις ἢ τοῖς ἀπὸ δείπνων ἐμέτοις ἢ ἀσιτίαις; ταῦτα γάρ ἐστιν Ἐρασιστράτῳ πλήθους ἰάματα. γυμνάσια μὲν οὖν οὐδὲ αὐτὸς ἀξιοῖ χρῆσθαι τοὺς ἀήθεις. λουτρῶν δὲ εἴργει πάντας ἁλῶναι πάθεσιν ἐπιληπτικοῖς. εἴρξει δ᾽, οἶμαι, καὶ τῶν ἐμέτων αὐτοὺς ἐναργῶς πληρούντων κεφαλήν. ἡ δ᾽ ἀσιτία μόνη τῶν οὕτω πεπληρωμένων

usque dictum de ipſis ſit, quo obiter declaremus multos epilepticos ex ſolo ſtomacho longioribus inediis perturbato in exacerbationem incidere. Proponatur ergo homo eſſe adeo repletus, ut brachia et cubitos, coxas tibiasque inflammari ſentiat, tempus vero anni ver incipiens: neque enim hoc ipſum exemplum perraro contingit, immo nos per id temporis homines ſaepiſſime hoc pacto affici conſpeximus: huic accedat quod is exercitiorum ac frictionum ſit penitus expers, facileque ab inediis laedatur: nobis porro inveſtigandum fuerit, qua ratione hunc evacuare debeamus. Numquid ergo evacuationem inſtituemus lavacris frequentibus aut exercitiis aut inediis vomitionibusve a coena factis? Nam praeter haec apud Eraſiſtratum nulla alia repletionis remedia reperiuntur. Atqui ipſe exercitiis uti iis, qui id non conſueverunt, nequaquam concedit: a lavacris etiam illos quia epilepticis affectibus obnoxii ſunt, arcet: arcebit item mea quidem ſententia eosdem a vomitionibus, ut quae caput evidenter replere ſoleant. Caeterum inedia inter ea quae caput replent adeo eminet, ut ex illa tenſio vehemens circa

Ed. Chart. X. [425. 426.] Ed. Baf. IV. (16.)

ὡς τάσεως σφόδρα αἰσθάνεσθαι κατὰ τὰ σκέλη καὶ τὰς χεῖρας οὐχ ἱκανὴ κενοῦν αὐτάρκως μετὰ τοῦ καὶ βλάπτειν ἰσχυρῶς, εἰ τὸν στόμαχον ἔχοιεν εὐπαθῆ. πῶς οὖν αὐτὸν κενώσομεν; ἆρά γε μόναις τρίψεσιν, ὧν οὐδ᾽ ὅλως ἐμνημόνευσεν Ἐρασίστρατος; ἀλλὰ τοῖς ἀήθεσιν οὐχ οἷόν τε τρῖψιν τοσαύτην προσφέρειν ὡς αὐτάρκως κενῶσαι· ἢ διαδήσωμεν αὐτὸν ἐρίοις; ὅπερ οὐδὲ ὅλως εἶπεν ὁ Ἐρασίστρατος ἐνταῦθα, καίτοι γε ἐν τῷ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς εἶπεν. ὑποκείσθω δ᾽, ὡς εἴρηκεν, ἐκ περιουσίας ἡ σκέψις γένηται, ἀλλ᾽ εἴρηται καὶ πρόσθεν ὡς ἀνιαρόν τε ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον εἶναι τὸ βοήθημα τοῦτο, τοὺς εἰς τοσοῦτο πληθώρας ἥκοντας ὡς εἰς τὰ κῶλα πιπρᾶσθαι νομίζειν. οὐδὲ ἐκεῖνο δυνατὸν εἰπεῖν, ὅπερ ἐν τῷ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψεν, ὡς ἐχόμενός τε περὶ τὴν ἀναγωγὴν ὁ κατὰ τὴν φλεγμονὴν κίνδυνος ἐστίν. ἐν ᾧ τῶν ἀσιτιῶν ἀναγκάζει, ὡς παραλαμβανομένων οὐ χρὴ τῇ φλεβοτομίᾳ [426] προσκαταλελύσθαι τὴν δύναμιν. οὐδεμία γὰρ ἀνάγκη

brachia manusque oriatur: neque tamen ea quoque ad evacuandum ſatis virium obtinet, quin potius ſiqui ſtomachum affici aptum habuerint, iis inſignem laeſionem infert. Quomodo igitur ipſam evacuationem adornabimus? num frictionibus ſolis, quarum Eraſiſtratus prorſus non meminit? Praeterea fieri non poteſt ut illae in inſuetis tot tantaeque fiant, quae ſufficienter evacuent. Aut poſtremo illum laneis vinculis excipiemus? At Eraſiſtratus hujus rei nullam hoc loco mentionem fecit, id remedium ad ſolam ſanguinis rejectionem cohibendam referens. Concipiatur autem in animo, quod etiam de hoc ipſo conſideratio ſatis luculenta ſit facta: verum tamen illis, qui eo repletionis venerunt ut et membra exteriora ſibi aduri putent, auxilium hoc quam moleſtiſſimum ac nullius momenti eſſe antea dictum eſt. Neque etiam credibile illud eſt ab Eraſiſtrato in libro de ſanguinis rejectione recitatum, quod ſcilicet rejectionis tempore ex inflammatione periculum immineat: in quo ille ea propter aegros ſine cibis degere jubet, quoniam eorum quos curan-

φλεγμονὴν ἀκολουθῆσαι τῇ πληθώρᾳ φθασάντων αὐτὴν κενῶσαι. ἀλλά τοι καὶ τούτου τοῦ πιθανοῦ μὲν οὐ μὴν ἀληθοῦς κατὰ τὴν τῶν ὑγιεινῶν πραγμάτων ἐκποδῶν ὄντος, ὅμως ὁ Ἐρασίστρατος οὐκ ἐτόλμησεν ἐκκενῶσαι διὰ φλεβοτομίας, τὸ μέλλον ἤτοι γ' ἐπιληψίαν ἢ αἵματος ἀναγωγὴν ἐργάζεσθαι πλῆθος. οὕτως ἄρα προκείμενόν ἐστιν αὐτὸ διαφυλάττειν ἀεὶ τὸ τοῦ Χρυσίππου καὶ μὴ φλεβοτομίᾳ χρῆσθαι, μήτε τινι τῶν ἰσχυρῶς καθαιρόντων φαρμάκων. ἐνῆν γοῦν καὶ διὰ φλεβοτομίας, ἀλλὰ καὶ διὰ καθάρσεώς γέ τινος ἐκκενῶσαι τὸ πλῆθος. οὐ μήν γε ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψεν ὑπὲρ αὐτῶν, ὥσπερ γε οὐδὲ ἐν τοῖς περὶ παραλύσεως ἢ περὶ ποδάγρας. αἰτιᾶται μὲν γὰρ κἀκεῖ τὴν πληθώραν, οὔτε δὲ φλεβοτομίας οὐδέ τινι τῶν δραστηρίων χρῆται καθαρτικῶν φαρμάκων. ἔτι δὲ ἐναργέστερον ἐδήλωσε τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐν τῷ περὶ αἵματος ἀναγωγῆς, ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ γράμματος ἔνθα φασὶν ἐνίους τῶν

dos fuscepimus virtutem venae sectione prius dissolvere non liceat. Haudquaquam enim necesse est ut inflammatio repletionem insequatur, dum illam evacuare praeoccupaverimus. Et quanquam id quoque, si quis eminus consideret, in rebus salutaribus persuasibile magis quam verum videatur, Erasistratus tamen plenitudinem, quae aut epilepsiam aut rejectionem sanguinis effectura est, evacuare per venae sectionem nunquam est ausus. Sic etenim in observandis Chrysippi placitis pertinax est, ut neque evacuare per venae sectionem neque fortiter purgantibus medicamentis unquam uti in animum induxerit. Atqui tum venae sectione tum purgatione aliqua plenitudinem commodissime evacuare poterat. Tamen Erasistratus de his nihil scripsit, quemadmodum neque quum de paralysi vel de podagra ageret: illic enim etiam in repletionem causam rejicit, ac deinceps neque venae sectione neque aliquo efficacium illorum et purgantium medicamentorum utitur. Praeterea opinionem suam in libro de sanguinis rejectione longe clarius prodidit, idque in illa operis parte, ubi homines quosdam ex consuetae excretionis reten-

ἀνθρώπων εἰς κίνδυνον ἥκειν αἵματος ἀναγωγῆς ἐπισχεθείσης αὐτοῖς συνήθους ἐκκρίσεως. μεμνημένος γὰρ ἅμα ταῖς ἄλλαις ἐπισχέσεσι καὶ τῆς τῶν ἄλλων αἱμοῤῥοΐδων ἀφαιρέσεως, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν ὅτι κενοῦν χρὴ τοὺς τοιούτους, ἀλλὰ κατ᾽ εἶδος ἔγραψε τὰ κενωτικὰ βοηθήματα, καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις βιβλίοις, οὕτω κἀνταῦθα τὰ δοκοῦντα αὐτῷ πάντα χωρὶς τῆς φλεβοτομίας. ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε· τοῖς μὲν οὖν νῦν ἐνεστῶσιν οἷς ἔκκλυσις αἵματος πλείων εἴθισται γίγνεσθαι, ἐκκρίσεις ἁρμόττοιεν ἂν οὐρήσεών τε καὶ ἱδρώτων. ἁρμόζει δὲ καὶ συστολὴ τῶν προσφερομένων καὶ περιπάτων πλῆθος ἐπιπέδων μὴ ταχέων. ἐν τούτοις πάλιν ἱδρῶσιν καὶ οὔροις καὶ ἀσιτίαις καὶ περιπάτοις ἐκκενῶν τὸ πλῆθος, οὐ χρῆται φλεβοτομίᾳ. καὶ μὴν εἰ μήτε πρὶν γενέσθαι τὴν φλεγμονὴν μήτε γενομένης ἢ ὑποπτευομένοις ἐᾶσθαι παραλαμβάνειν φλεβοτομίαν ὡσαύτως ἐδήλωσε δι᾽ ἑνὸς τούτου βιβλίου, περιττὸν ἦν κατ᾽ ἄλλην πραγμάτων αὐτὸν μνημονεύειν φλεβοτομίας, ἐν ᾗ φλεγμονὴν

tione, sanguinis rejectionis periculo subesse asserit. Quum namque inter alia retentionum genera haemorrhoidum quoque cohibitionem annumeraret, non simpliciter has evacuatione indigere ait; verum prout in caeteris operibus consuevit, sic et ibi omnes quas ipse compertas habuerat medelarum species sola venae sectione excepta recensuit. Dictio autem sic habet: *Praesentibus igitur iis, quibus sanguinis exuperantia frequenter fieri consuevit, sudorum et lotii excretiones quadrarent. Conveniret etiam subtractio eorum quae offeruntur, ac deambulationes in locis planis, non celeriter peractae.* In his rursum plenitudinem et sudoribus et lotio et inediis inambulationibusque evacuandam censens usum venae sectionis non adhibuit. Praeterea si neque prius quam inflammatio fieret, neque quum facta jam esset neque quum futuram suspicarentur, venae sectionem usurpandam in hoc libro indicavit, supervacaneum sane fuerat illum in aliis operibus de eadem mentionem facere, praecipueque postquam curationem inflammationis aut jam factae, veluti pri-

ἦται γεγενημένην ἤδη θεραπεύει, καθάπερ ἐν τῇ περὶ τῶν πυρετῶν, ἢ μέλλουσαν, ἢ ὑποπτευομένην, ἢ ἀρχομένην ὡς ἐν ταῖς ἄλλαις. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁρῶντες ἔνιοι τῶν Ἐρασιστρατείων εἴπερ φασὶ ὡς κενωτικοῦ τε βοηθήματος χρῆται τῇ φλεβοτομίᾳ. καὶ γὰρ Ἐρασιστράτου σαφῶς εἰρηκότος αὐτὸ τὸ ἐναντιώτατον. ἐπειδὴ γάρ φησι κατὰ τὸν φλεγμονῆς καιρὸν οὐκέτι ῥᾴδιον προσφέρειν σιτία, τούτῳ μὴ χρῆσθαι φλεβοτομίᾳ μελλούσης ἔσεσθαι φλεγμονῆς. ὁ τοίνυν λόγος οὗτος ἄντικρυς ἐνδείκνυται φυλάττεσθαι φλεβοτομίαν, ἐφ' ὧν μέλλομεν ἀσιτίαν συμβουλεύειν. οὐκ οὖν ἐνδέχεται καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἄῤῥωστον ἄμφω παραλαμβάνειν τὰ βοηθήματα, τὴν ἀσιτίαν καὶ τὴν φλεβοτομίαν. ὥστε εὔδηλον εἴποθ' εὕροι Ἐρασίστρατος συμβουλεύοντος τὴν ἀσιτίαν μὴ χρῆσθαι τηνικαῦτα φλεβοτομίᾳ, διὰ τοῦτο γοῦν οὐδὲ ἐμνημόνευσεν, ὡς ἔφην, ἔτι τοῦ βοηθήματος ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις. ἐν ἁπάσαις γὰρ αὐταῖς, ὡς δέδεικται, συμβουλεύων ἀσιτίαν ἀναιρεῖ δη-

mo de febribus, aut futurae, aut de qua fufpicio effet, aut incipientis, ut ex aliis patet, longe antea defcripferit. Verumtamen hoc quidam ex Erafiftrateis non animadvertentes dicere contendunt, illum evacuatorio auxilio, puta venae fectione, ufum fuiffe, quum tamen ipfemet Erafiftratus manifefte contrarium afferat. Nam fimulatque circa inflammationis tempus offerre cibos perdifficile effe dixiffet, ea de caufa futura jam inflammatione venae fectionis ufum explofiffe fe indicavit. Ifta ergo oratione palam declaratur, quod quibus inediam confulturi fumus, eisdem a venae fectione modis omnibus interdicere debeamus. Non ergo confentaneum eft, ut quis circa unum eundemque aegrotum utraque auxilia, nempe inediam et venae fectionem, ufurpet. Hinc quoque perfpicue patet Erafiftratum, fiquando is inediam aegrotis injungit, eo tempore venae fectione non effe ufum, ac propterea illius in aliis operibus, ut et fuperius fignificatum eft, nullam mentionem feciffe. In omnibus enim illis, veluti declaravimus, inediam fuadens venae fectionem, perperam

λονότι τὴν φλεβοτομίαν οὐκ ὀρθῶς μὲν πράττων, ὥσπερ καὶ καθ' ἑκατὸν ἡμῖν πρότερον, ὡς ἔφην, ἐδείχθη γράμμα, μικρότερον ἁμαρτανόντων τῶν [427] οἰομένων ἅπαντας ὅσοι χρήζουσιν ἀσιτίας, εὐθὺς τούτους δεῖσθαι φλεβοτομίας. ἐγὼ γὰρ ἐπιδείξω κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον οὐ μόνον ἅπαντας οὐ δεομένους φλεβοτομίας, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς πληθωρικοὺς αὐτοὺς, ἐὰν μὴ πρότερον αὐτό τε τὸ πλῆθος ὁποῖόν τι τὴν φύσιν ἐστὶ διορίσεται καὶ μετὰ τοῦτο τὴν ἕξιν τοῦ κάμνοντος ἡλικίαν τε καὶ ὥραν καὶ χώραν καὶ κατάστασιν, ὅσα τε προηγεῖται καὶ ὅσα πάρεστι τῷ κάμνοντι συμπτώματα. καθ' ἕκαστον γὰρ τούτων ἐπιδείξω πολλοὺς μὴ φέροντας ἀβλαβῶς τὴν φλεβοτομίαν. ὥσπερ αὖθις πάλιν ἑτέρους ἐπιδείξω χωρὶς πληθώρας δεομένους φλεβοτομίας. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα διορίσωμαι, τόν τε καιρὸν ἐρῶ τῆς φλεβοτομίας καὶ τὸ μέτρον, ἔτι τε πρὸ τούτων τὴν ἐν τοῖς τμηθησομένοις φλεψὶ διαφοράν. εἰρήσεται δὲ

quidem iſtud ille faciens, e medio ſane tollit, ut a nobis alio quoque prius in opere demonſtratum eſt: minus tamen peccat quam illi, qui omnes illos, qui inedia utuntur, ſtatim et venae ſectione opus habere exiſtimant. Ego enim ſequenti commentario oſtendere aperte conabor, quod non ſolum omnes illi venae ſectione non indigeant, verum ne plethorici quidem ipſi, niſi prius qualem illa plenitudo naturam obtineat diſcernatur, huicque acceſſerit de habitudine aetateque aegrotantis, ac de tempore et regione atque conſtitutione conſideratio: tum quaecunque anteceſſerunt, quaeve ipſum aegrotum etiammum moleſtant ſymptomata. Ob ſingula enim haec permultos venae ſectionem, nonnunquam citra noxam experiri non poſſe oſtendam. Praeterea et alios plerosque tibi ob oculos ponam, qui absque repletione quum ſint, venae ſectione nihilominus opus habent. Poſteaquam autem de his ſigillatim diſſeruero, tum et occaſionem et menſuram venae ſectionis ordine explicabo. Addam etiam iſtis eam, quae in ſecandis venis differentia eſt. Declarabitur quoque ſemelne an pluries ſit ſubtrahendum. Ad haec vero non

καὶ περὶ τοῦ πλεονάκις ἢ ἅπαξ ἀφαιρεῖν. ἐπί τε τούτων οὐδὲν ἧττον ὥς τινες ἐν ἦρι φλεβοτομεῖν ἢ καθαίρειν ἔτι ὑγιαίνοντας προσήκει.

minore opera difquiretur, quibusnam, qunm adhuc commoda valetudine fruuntur, veris tempore vel purgationem vel venae fectionem ufurpare conferat.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΦΛΕΒΟΤΟΜΙΑΣ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΟΝ.

Ed. Chart. X. [428.] Ed. Bas. IV. (17.)

Κεφ. α'. Τοῖς περὶ φλεβοτομίας σκοπουμένοις ἓν μὲν καὶ πρῶτον ἐστὶ πρόβλημα σκέψασθαι τὰς διαθέσεις τοῦ σώματος, ὅσαι δέονται κενώσεως. εἶθ' ἑξῆς δεύτερον ὅσαι τῆς διὰ φλεβοτομίας, ὡς πολλαὶ εἰσὶ διαθέσεις, ἄλλαι μέν τινος κενώσεως, οὐ μὴν φλεβοτομίας δεόμεναι. τρίτον ἐπὶ τούτοις σκέμμα διακρῖναι τοὺς δυναμένους ἀλύπως ἐνεγκεῖν τὴν κένωσιν. εὑρίσκεται γὰρ ἡ μὲν διάθεσις ἐνίοτε δεομένη φλεβοτομίας, ὁ κάμνων δ' οὐ φέρει αὐτὴν ἤτοι δι'

GALENI DE CVRANDI RATIONE PER VENAE SECTIONEM.

Cap. I. Qui de venae sectione speculantur unum sibi primumque proponunt, nempe ut quae corporis affectiones evacuatione indigeant, considerent: ac deinde alterum quaenam ea, quae sanguinis fit detractione: nam multi sunt affectus, qui alia quapiam evacuatione quidem indigeant, sed non sanguinis missione. Tertio post haec ut dijudicent, qui innoxie hanc ferre evacuationem possint: quippe quum saepe fiat, ut affectio venae sectionem desideret, caeterum laborans eam ferre nequeat sive propter aetatem, sive

ἡλικίαν, ἢ δι' ὥραν τοῦ ἔτους, ἢ διὰ τὴν τῆς χώρας φύσιν, ἢ διὰ κάκωσιν τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς, ὃ καταχρώμενοι πολλάκις ὀνομάζουσι στόμαχον, ὥσπερ ἀμέλει καὶ νῦν ἐν ὅλῳ τῷ λόγῳ χρώμεθα τῇ προσηγορίᾳ βραχυλογίας ἕνεκεν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ διὰ τὴν ἕξιν ὅλου τοῦ σώματος οὐ φέρουσι φλεβοτομίαν, εἰ καὶ μάλιστα αὐτῆς τυγχάνοιεν ὅσον ἐπὶ τῷ νοσήματι δεόμενοι. ἣν δὲ δὴ καὶ ταῦτα διορίσηταί τις, ἡ περὶ τοῦ μέρους σκέψις ἡμᾶς διαδέχεται, καθάπερ ἐπὶ παντὸς ἄλλου [429] βοηθήματος. εἶθ' ἑξῆς ἡ περὶ τῶν φλεβῶν ἃς χρὴ τέμνειν· ἐζήτηται γὰρ ἱκανῶς καὶ περὶ τούτων, ἆρά γε διαφέρει μηδὲν ἣν ἂν ἐθελήσῃ τις τέμνειν φλέβα, ἅπασαι γὰρ ὡσαύτως ὠφελοῦσιν ἁπάσας τὰς διαθέσεις, ἢ καθάπερ Ἱπποκράτης καὶ οἱ δοκιμώτατοι τῶν ἰατρῶν ὑπειλήφασι πάμπολυ διαφέρειν τὸ τήνδε πρὸ τῆσδε σχάσαι. διορισθέντος δὲ καὶ τούτου τοῦ σκέμματος, ἔσται ἑξῆς ὁ περὶ τῶν σκοπῶν λόγος, οἷς ἄν τις προσέχων τὸν νοῦν στοχάσοιτο τοῦ μέτρου τῆς κενώσεως. ἐπὶ δὲ τούτοις ἅπασιν, ἐπὶ τινῶν μὲν ἅπαξ ἀφαιρεῖν ἄμεινον, ἐπὶ τινῶν δὲ τὴν καλουμένην ἐπαφαίρεσιν ποιεῖσθαι προσήκει,

propter anni tempus, five propter regionis naturam, five ob os ventriculi vitiatum, quod perfaepe per abufum ftomachum appellitant: ac nos fane etiam compendii nimirum caufa hac appellatione toto hoc utemur libro. Sed et funt qui tametfi vel maxime quod ad morbum pertineat fectione venae indigeant, ob totius tamen corporis habitum ferre nequeant. Quae fi quis etiam definire aggrediatur, particularis excipiet contemplatio, ficuti in alio quovis auxilio. Mox autem de venis quae veniunt fecandae: nam de iftis quaefitum eft multum nihilne referat quam quis fecare venam volet, omnes enim omnibus aeque affectibus prodeffe: an ficut Hippocrati ac prope medicorum clariffimo cuique vifum eft, multum interfit hanc an illam incideris. Porro hac quoque fpeculatione abfoluta fuccedit de fcopis five intentionibus oratio, quibus videlicet quis animum attendens vacuationis menfuram conjectura queat affequi. Ad haec omnia, in quibus femel auferre praeftet, in quibus vero repetitam facere ablationem, quam *ἐπαφαίρεσιν* nominant, expediat. Tum in

καὶ τινὰς μὲν ἄχρι λειποθυμίας κενοῦν, ἐπὶ τινῶν δὲ φυλάττεσθαι ταύτην, ὡς μέγιστον κακόν. ταῦτα μὲν οὖν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπισκέπτεσθαι τὸν μέλλοντα καλῶς χρῆσθαι τῷ βοηθήματι.

Κεφ. β'. Καὶ λέλεκται περὶ πάντων αὐτῶν ἤδη κατὰ τὴν τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείαν, καθάπερ γε καὶ πρὸς Ἐρασίστρατον ἰδίᾳ περὶ τοῦ κακῶς αὐτὸν ἀποστῆναι τοῦ βοηθήματος. εἶτα αὖθις ἄλλο πρὸς ἐκείνους τῶν Ἐρασιστρατείων ὅσοι φασὶ κεχρῆσθαι τῷ βοηθήματι τὸν ἄνδρα. διὸ καὶ μισήσειέν ἄν τις ἤτοι τὴν πανουργίαν τῶν μιαρῶν σοφιστῶν, ὅταν γιγνώσκοντες ὅτι ψεύδονται, ἐπιτεχνάζονται ἐπιθυμίᾳ καινοτομίας, ἢ τὴν δοξοσοφίαν, ὅταν ἀγνοοῦντες τὰ χρησιμώτατα, κατασκευάζουσι τῷ λόγῳ τἀναντία. τούτων γάρ τοι τὸ ἕτερον ὁ Κνίδιος Χρύσιππος ἔπαθεν ἐξελὼν παντάπασι φλεβοτομίαν τῶν βοηθημάτων τῶν ἰατρικῶν. ἠκολούθησαν δ' αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταὶ Μήδιός τε καὶ Ἀριστογένης ἔνδοξοι καὶ αὐτοὶ παρ' Ἕλλησι γενόμενοι. τούτων δ' ἐπὶ μᾶλλον ὁ Ἐρασίστρατος εἰς δόξαν ἀρθεὶς λαμπροτάτην ἐφύ-

quibus inanire ad animi conveniat deliquium, in quibus autem id tanquam ſummum malum vitandum. Haec igitur proſpiciat neceſſe eſt qui probe hoc uti remedio volet.

Cap. II. Sane de omnibus iſtis in medendi methodo tractavimus, ſicut et ſeorſum adverſus Eraſiſtratum, quod perperam ab hoc abſtinuit remedio. Deinde alium etiam librum conſcripſimus ad eos Eraſiſtrateos, qui uſum eſſe hoc auxilio virum aſſerunt. Itaque odio ſane digniſſima eſt ſceleſtorum ſophiſtarum tum verſutia, qui quum mentiri ſe ſciant, aſtu tamen contraria prae novarum rerum ſtudio adſtruant: tum ſapientiae vanae aucupium, qui rerum utiliſſimarum ignari, contraria tamen verbis aſſeverant. Horum alterum Chryſippo Cnidio accidit, qui venae inciſionem ex omni medicinalium praeſidiorum numero tollendam cenſuit. Secuti hunc ſunt ſui diſcipuli et ipſi apud Graecos clari, Medius et Ariſtogenes. His etiam magis Eraſiſtratus, ad ſum-

Ed. Chart. X. [429.] Ed. Baſ. IV. (17.)

λαξε τὴν Χρυσίππου γνώμην. εἶθ᾽ ἑξῆς οἱ τούτου μαθηταὶ τό γε κατ᾽ ἀρχὰς ἠκολούθησαν ἅπαντες τῷ τοῦ διδασκάλου δόγματι, χρόνῳ δ᾽ ὕστερον ἀπέστησαν τινὲς αὐτῶν, αἰδεσθέντες ἀναίσχυντον αἰδῶ. τί γὰρ ἂν ἄλλο τίς εἴπῃ πρὸς τοὺς ὑπομείναντας ἀποφήνασθαι προσίεσθαι τὸ τῆς φλεβοτομίας βοήθημα τὸν Ἐρασίστρατον, εἰ καὶ μηδαμόθι φαίνεται τῶν συγγραμμάτων ἐπὶ μηδενὸς πάθους αὐτὸ συμβουλεύων; ἀκόλουθον γὰρ οὖν ἦν φασὶ τῷ τὴν ἀσιτίαν ὡς κενωτικὸν βοήθημα παραλαμβάνοντι καὶ τὴν φλεβοτομίαν πολὺ μᾶλλον ἐκκρίνειν. οἱ δὲ ταῦτα λέγοντες ἅπαντες ἀξιώσουσι φλεβοτομεῖν, ἐφ᾽ ὧν Ἐρασίστρατος ἐκέλευσεν ἀσιτίᾳ χρῆσθαι. γεγραφότος οὖν αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν πυρετῶν πραγματείαν, ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν νόσων ἀσιτίαν, ἀκόλουθόν ἐστιν ἅπαντας φλεβοτομεῖν, ὡς καὶ ὁ τούτων λόγος ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. ἔστι μὲν δὴ καὶ τοῦτο μέγιστον κακὸν, εἰ πεισθεῖεν οὕτω πράττειν οἱ τὴν τέχνην μανθάνοντες νέοι. πολὺ δὲ τούτων χεῖρον, εἰ μηδὲ τῶν ἄλλων ὧν διορίσασθαι προσῆκεν, ἐπισκέψονται.

mos evectus honores, Chryſippi ſervavit ſententiam. Poſt quem ipſius diſcipuli principio quidem praeceptoris decreto inſiſtebant, ſed temporis ſucceſſu eorum ex numero quidam ab iis defecerunt, pudore affecti impudentiſſimo. Nam quid aliud in illos dicam, qui aſſerere ſuſtinent phlebotomiae auxilium recipere Eraſiſtratum, tametſi nusquam in commentariis ullo in morbo hoc conſulere conſpicatur? Immo conſentaneum eſt, inquiunt, qui inediam tanquam evacuatorium auxilium adhibeat, multo magis phlebotomiam admittere. At qui haec afferunt, omnes ad ea tundendam eſſe venam ajunt, ad quae Eraſiſtratus cibo abſtinendum praecepit. Cum ergo ille in opere de febribus ſcribat, adhibendam morborum principiis inediam, ſequitur utique omnibus detrahendum eſſe ſanguinem, id quidem ſane iſti etiam arbitrantur illo utique in tempore. Verum maximum id malum fuerit, ſi ita faciendum adoleſcentibus artem diſcentibus perſuadeatur: multoque etiam pernicioſius, ſi non alia quoque, quae diſcernere convenit, reſpiciant. Quocirca alio libro ea exponere

Κεφ. κζ. [57] Νυνὶ δὲ περὶ ῥοδίνου βραχέα προσθεὶς ἐπὶ τοῖς κατ᾽ ἀρχὰς εἰρημένοις ἐν τῷδε καταπαύσω τὸν λόγον. εἴρηται μὲν οὖν ὡς οὔτ᾽ ὀσμαῖς οὔτε χρόαις οὔτ᾽ ἄλλῳ τινὶ τῶν συμβεβηκότων εὔλογόν ἐστι προσέχειν τὸν νοῦν ἐν ταῖς τῶν δυνάμεων ἐξετάσεσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις ἐπί τε τῶν ὑγιαινόντων καὶ νοσούντων σωμάτων. ἀποδέδεικται δὲ καὶ ὡς τοὔλαιον, ὅταν ἄναλον ᾖ καὶ καθαρὸν ἀκριβῶς, ἐκ τῆς μέσης ὕλης ἐστίν. ὥστε καὶ τὸ ῥόδινον χρὴ τὸ ἀκριβὲς καὶ ἁπλοῦν καὶ ὄντως ῥόδινον ἐξ ἐλαίου τε τούτου κατεσκευάσθαι καὶ μηδὲν ἐν ἑαυτῷ φαρμακωδέστερον ἔχειν, ὥσπερ εἰώθασιν οἱ μυρεψοὶ σκευάζειν, ὑπὲρ τοῦ μόνιμόν τε καὶ εὐωδέστερον γενέσθαι προαρτύοντες ἀρώμασι τοὔλαιον πρὶν ἐμβαλεῖν τὰ ῥόδα. κάλλιον δὲ ἴσως ἐστὶ καὶ ταῖς ὀνόμασιν διαστέλλειν αὐτὰ,

ramque doctrinam cum majori ſcientia percipere. Creſcit enim nobis de rebus fides, ubi non ſolum ipſam veritatem cognorimus, ſed etiam paralogismorum omnium cauſas edidicerimus: quod ſane in ſequentibus efficiemus.

Cap. XXVII. Nunc autem ubi pauca de roſaceo ad ea quae ab initio ſunt dicta adjecerimus, orationem hoc in loco ſiſtemus. Igitur dictum eſt quod neque odoribus, neque coloribus, neque aliis omnino accidentium animum adhibere in expendendis facultatibus rationabile ſit, ſed iis quae perſpicuo apparent tum in ſanis corporibus tum in aegris. Oſtenſum etiam eſt oleum, ubi ſalis expers purumque ad unguem fuerit, ex media eſſe materia. Conficiendum itaque roſaceum, quod exactum ſimul ac ſimplex, reque vera roſaceum erit ex hoc videlicet oleo: dandaque opera ne quid in ſe medicamentoſi contineat: uti apparare ſolent unguentarii, quo videlicet tamen magis duret, tum odoratius evadat, oleum videlicet prius quam roſas injiciant, odoramentis praecondientes. Ac praeſtiterit fortaſſis

καθότι καὶ τοὺς παλαιοὺς οἶδα ποιοῦντας. ἔλαιον μὲν γὰρ ῥόδινον ὀνομάζουσιν τὸ χωρὶς τῶν ἀρωμάτων σκευασθέν. ὅτῳ δ᾽ ἐπεμβέβληταί τι καὶ τούτων, οὐκ ἔλαιον ἔτι τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ μύρον ἤδη προσαγορεύουσιν. ὥστε ἐπειδὴ τὸ μὲν ἔλαιον οἷον ὕλη τίς ἐστιν τῶν θερμαινόντων τε καὶ ψυχόντων φαρμάκων ἐκ τῆς μέσης κράσεως ὑπάρχον, ἐξ ἐλαίου δὲ καὶ ῥόδων χυλῶν σύγκειται τὸ ῥόδινον, ἔστι δήπου καὶ αὐτὸ τοιοῦτον τὴν κρᾶσιν οἷός περ καὶ ὁ τῶν ῥόδων χυλός. ἔστι δὲ δήπου ῥᾷστον οὐ ῥόδων χυλοῦ μόνον αὐτοῦ καθ᾽ ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ συνθέντας ἔλαιον ῥόδινον ἐπί τε τῶν ὑγιαινόντων καὶ νοσούντων, ὡς ἤδη πολλάκις εἴρηται, τὴν βάσανον αὐτοῦ ποιήσασθαι τῆς δυνάμεως. εὑρήσεις οὖν ἐμψυχομένους μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ τοὺς ἔτι κεκαυμένους καὶ παραχρῆμά τινος ὠφελείας αἰσθανομένους, βλαπτομένους δ᾽ ἐναργῶς ἅπαντας τοὺς ἐψυγμένους, ὥστε σε σαφῶς ἑκατέρωθεν συνιέναι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ψυχούσης μᾶλλον ἢ θερμαινούσης. οὐ μὴν ἰσχυρά γε ἡ ἀπὸ ῥοδίνου φαίνεταί σοι ψῦξις, ἀλλ᾽ ἐγγυτάτω πως εἶναι

ipſis etiam nominibus ea diſtinguere, quod veteres feciſſe conſtat. Oleum etenim roſaceum nominare adſolent quod absque odoramentis praeparatum eſt: cui autem et horum aliquid inditum fuerit, non id etiam oleum, ſed unguentum cognominant. Itaque quum oleum velut materia quaedam ſit excalefacientium refrigerantiumque medicamentorum ex media videlicet temperie, conſtetque ex oleo et roſarum ſucco roſaceum, eſt utique et ipſum talis temperiei, qualis eſt roſarum ſuccus. Sane vero facillimum fuerit non modo roſarum ſucci per ſe, ſed oleo quoque roſaceo confecto in ſanis pariter atque aegrotis, ut jam frequenter monuimus, virium ejus periculum facere. Experieris ergo eos, qui aduſtione tentantur, ab eo refrigerari protinusque utilitatem aliquam percipere, qui vero refrigerati ſunt, omnes evidenter laedi: facile ex utroque intelligas vires ejus refrigerare magis quam excalefacere. Non tamen valida a roſaceo apparet tibi refrigeratio, ſed quae proxima videatur

Ed. Chart. XIII. [57.] Ed. Baf. II. (29.)

δόξει τῆς μέσης κράσεως. ὀνομάζω δὲ τὰ τοιαῦτα φάρμακα σαφοῦς ἕνεκα διδασκαλίας ἐκ τῆς πρώτης φύσεώς τε καὶ τάξεως τῶν ψυχόντων, ὥσπερ αὖ καὶ ὅσα βραχὺ τῆς μέσης κράσεως ἐπὶ τὸ θερμότερον ἀποκεχώρηκεν, ἐκ τῆς πρώτης ἀποστάσεώς τε καὶ τάξεως τῶν θερμαινόντων. ταυτὶ μὲν ἐν τῷ παρόντι περὶ ῥοδίνου χρὴ γινώσκειν. ἀναγκαῖον γὰρ ἔσται μοι καὶ κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον ἔτι μνημονεῦσαί τε τοῦ φαρμάκου καὶ προσθεῖναι τὰ λείποντα ὧν εἴπομεν.

temperiei mediae. Voco autem id genus medicamenta lucidioris doctrinae gratia ex prima natura ordineque refrigerantium: ficut rurfum quae paululum a media temperie ad calidiorem declinarunt ex primo receffu et ordine excalefacientium. Atque haec quidem inpraefentiarum de rofaceo noviffe oportet. Neceffe enim erit et in fequenti libro ipfius medicamenti meminiffe et quae reliqua funt dictis adjicere.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΑΣΕΩΣ ΚΑΙ ΔΥΝΑΜΕΩΣ ΤΩΝ ΑΠΛΩΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

Ed. Chart. XIII. [58.] Ed. Baf. II. (29.)

Κεφ. α'. Ἐγὼ μὲν ὅτι χρήσιμον αὐτὸ πρὸς τὰς ἰάσεις μόνον ἐν τῆδε τῇ νῦν ἐνεστώσῃ πραγματείᾳ γράφειν ἐγνώκειν, πρώτους καὶ μάλιστα τοὺς θείους ἔχω μάρτυρας, εἶτα καὶ τοὺς παρακαλέσαντας ἑταίρους, ἐπιμνησθῆναί με καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ τῶν οὐκ ὀρθῶς ἀποφηναμένων περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως. εἰ δέ τις ἄχθεται τῷ μήκει τῶν λόγων, οὐχ ἡμῖν χρὴ μέμφεσθαι τοῦτον, ἀλλὰ τοῖς τὰ

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM TEMPERAMENTIS AC FACVLTATIBVS LIBER III.

Cap. I. Quod equidem nihil nifi quod utile curandis morbis foret hoc tractatu defcribere decreverim, primo potiffimumque deos hujus rei teftes habeo: deinde et amicos meos, qui me tum ut hoc opus aggrederer tum ut quae ab aliis perperam de medicamentorum facultatibus funt prodita, quoad licet, commemorarem, affidue hortari non deftiterunt. At fi quis erit, qui orationis nimia grave-

πιθανὰ μὲν, οὐκ ἀληθῆ δὲ γράψασιν ἰατροῖς. ὡς ἔγωγε καὶ νῦν ἔτι δέδοικα μὴ διὰ τὸ τάχος τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀντιλογίας ἔνια τῶν σοφισμάτων παρακρούσηται τοὺς ὁμιλοῦντας αὐτοῖς νέους. εἰ μὲν γὰρ γεγυμνασμέναι κατὰ τὰς λογικὰς μεθόδους καὶ γιγνώσκοντες ὡς χρὴ λύειν σοφίσματα προσήρχοντο ταῖς τῶν βιβλίων ἀναγνώσεσιν, οὐκ ἂν ἔλαθον αὐτοὺς οὔθ᾽ οἱ παραλογιζόμενοί τι κατὰ τὰς ἀποδείξεις οὔθ᾽ ἡμεῖς συντόμως αὐτὸ τἀληθὲς ἐκδιδάσκοντες. ἐπεὶ δ᾽ ἀγύμναστοί τέ εἰσιν οἱ πλείους τῶν ἰατρῶν αὐτῶν ἐν τοῖσδε καί τινες πρὸς τούτῳ καὶ ἀργότεροι φύσει τὸν λογισμὸν, εἰ μὴ τῆς παρ᾽ ἡμῶν ἐπιτύχοιεν οὗτοι βοη(30)θείας ἐλεγχόντων τὰ σοφισματα, πεισθήσονται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν σοφιστῶν, ὥστε ὅσῳ μὲν ἐπὶ τοῖσδε κἂν λείπειν τι δόξαι τῇ πραγματείᾳ. ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ μὴ δυνατόν ἐστιν ἁπάντων στοχάζεσθαι τῶν ἀνεγνωσμένων [59] ἀνομοίων ὑπαρχόντων, οὐ ταῖς φύσεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἡλικίαις καὶ ταῖς ἕξεσιν, ὃ μάλιστα τοῖς πλείστοις ἐδόκει χρήσιμον ἔσεσθαι

tur prolixitate, non id mihi jure imputaverit; sed iis medicis qui probabilia quidem at non vera scripserunt. Nam et ego nunc quidem etiam magnopere vereor, ne quia paucioribus illos confutavimus, sophismata quaedam conversantes cum illis adolescentulos a recta opinione dejiciant, quandoquidem si in dialecticis methodis exercitati, aut captionum solvendarum periti ad libros legendos accederent, tum sane eos cognoscerent qui perperam ratiocinantur in demonstrationibus et nos qui veritatem compendio tradimus. Quoniam vero vel ipsorum medicorum plerique nequaquam in istis sunt exercitati, tum inter illos quoque nonnulli reperiuntur ingenio natura tardiusculo, hi nisi nostris suppetiis, qui sophismata arguimus, juventur, non aegre persuasi in sophistarum sententiam perducentur. Itaque quod ad istos attinet, deesse huic etiam operi quippiam videatur. Verum enimvero quandoquidem ad omnes mihi orationem accommodare non licet, quum tanta sit eorum qui haec legent non modo naturarum, sed etiam aetatis et habituum diversitas,

λόγων εἶδος ἐν τοῖς πρὸ τούτου δυοῖν ὑπομνήμασιν ἐποιησάμην, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ περὶ ὄξους καὶ ὕδατος δυνάμεως ἐπισκεψάμενος, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τὰ πλεῖστα μὲν ὑπὲρ ἐλαίου διῆλθον, ὀλίγα δέ τινα καὶ περὶ ῥοδίνου προσθείς. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῷδε ποιήσομεν τοιοῦτον τὸν λόγον ὁποῖον εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐγνώκειν μεταχειρίσασθαι, διελόμενος μὲν τὰ σημαινόμενα πρῶτον ἑκάστου τῶν ὀνομάτων· ἐφεξῆς δὲ τὰ οἷον στοιχεῖα τῆς πραγματείας ἁπάσης διελθὼν, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὰς οἷον συλλαβὰς ἀφικόμενος, ἐξ ὧν ἤδη τὸ τέλος αὐτὸ τῆς πραγματείας, ἐφ' ὃ σπεύδομεν, ἑτοίμως ἕψεται.

Κεφ. β'. Ἡ μὲν δὴ τῶν ὀνομάτων διαίρεσις οὐδὲν περιττότερον ἐκδιδάσκει τῆς ἐν τῷ τρίτῳ περὶ κράσεως εἰρημένης κἀν τῷ πρώτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων, ἀναμνήσω δ' αὐτῆς καὶ νῦν. ἕκαστον τῶν σωμάτων ἤτοι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν λέγεταί τε καὶ φαίνεται ποτὲ μὲν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐστὶν, ποτὲ δὲ ἐπίκτητόν τινα ποιότητα προσειληφός. ἔθος δ' ἐστὶν ἡμῖν λέγειν τὸ μὲν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν πρώτως τε καὶ καθ' ἑαυτὸ καὶ δι' ἑαυτὸ

quod utique visum est fore maximae parti utilissimum orationis genus, id superioribus duobus commentariis sequuti sumus. In quorum priore quidem de aquae acetique viribus contemplati sumus. In secundo maximam partem de oleo peregimus, pauculis postea de rosaceo adjectis. At in hoc tertio libro ejusmodi utemur oratione, qualem ab initio protinus habere institueramus, idque definitis primum vocis cujusque significatis. Deinde tractatus hujus velut elementa tradituri mox velut ad syllabas accedemus, ex quibus operis finis, ad quem contendimus, prompte sequetur.

Cap. II. Caeterum vocum divisio nihil accuratius edocebit quam quae in tertio de temperamentis simulque in primo commentariorum istorum sunt prodita, repetam tamen eam nihilo secius et in praesentia. Corporum unumquodque aut calidum aut frigidum aut humidum aut siccum et dicitur et apparet, interdum quidem ex sua natura, interdum autem adventitia qualitate assumpta. Consuevimus autem quod ex sua natura est primario et secundum

Ed. Chart. XIII. [59.] Ed. Baf. II. (30.)

δυνάμει τοιοῦτον ὑπάρχειν τε καὶ φαίνεσθαι· τὸ δὲ τὴν ἐπίκτητον προσειληφὸς ποιότητα κατά τι συμβεβηκὸς εἶναι καὶ φαίνεσθαι τοιοῦτον. αὐτῶν δὲ τῶν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἤτοι θερμῶν, ἢ ψυχρῶν, ἢ ξηρῶν, ἢ ὑγρῶν εἶναι λεγομένων, τὰ μὲν ἐνεργείᾳ τοιαῦτα ὑπάρχει, τὰ δὲ δυνάμει; διαφέροντος τοῦδε τοῦ νῦν εἰρημένου δυνάμει παρὰ τὸ μικρῷ πρόσθεν ῥηθέν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῷ κατὰ συμβεβηκὸς ἀντιδιῄρητο, τουτὶ δὲ τῷ κατ᾽ ἐνέργειαν. αὐτῶν δὲ τῶν κατ᾽ ἐνέργειαν τὸ μὲν ἁπλῶς λέγεται θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ ξηρὸν, ὥσπερ τὰ στοιχεῖα, τὸ δὲ κατ᾽ ἐπικράτειαν, ὥσπερ ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ βοῦς καὶ κύων καί ὅλα τὰ ζῶα· τὸ δέ τι πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενὲς, ἢ ὁμοειδὲς, ὥσπερ εἰ τύχοι λέων μὲν ἀνθρώπῳ παραβαλλόμενος, ἄνθρωπος δ᾽ ἀκμάζων παιδί. τὸ δὲ πρὸς ὁτιοῦν τὸ ἐπιτυχὸν, οἷον ὁ Δίων πρὸς τὸν Θέωνα. καὶ δὴ καὶ τῶν δυνάμει λεγομένων σωμάτων εἶναι τοίων ἢ τοίων ἀναγκαῖον ἔφαμεν ἕκαστον ὡς πρὸς τὸ κατ᾽ ἐνέργειαν ἀναφερόμενον λέγεσθαι, τὸ μὲν ὅτι ῥαδίως ἐκπυροῦται πρὸς τὸ κατ᾽

se et per se potentia tale et esse et videri dicere, quod vero adscititiam acquisierit qualitatem, ex accidenti quopiam esse viderique ejusmodi. Porro eorum quae propria sua natura aut calida aut frigida aut sicca aut humida dicuntur quaedam actu seu energia talia existunt, alia potentia; differente quidem hoc potentiae modo, quem nunc diximus ab eo quem paulo ante dicebamus; illic enim ex adverso dividebatur ei quod ex accidenti dicitur, hic vero ei quod actu. Sed et eorum quae actu dicuntur aliud quidem absolute est calidum, frigidum, siccum, aut humidum, velut elementa, aliud excessu, ut homo, equus, bos, canis et universa animalia, aliud ad symmetrum seu generis sui seu speciei, ut verbi causa leo cum homine comparatus, homo autem aetate florens cum puero, aliud ad quidvis obvium, ut Dion ad Theonem. Quin et corpora quae potentia talia ut talia dicuntur, unumquodque ut ad id quod est actu relatum dici necessario monuimus, id quidem quod facile accenditur ad

ἐνέργειαν ἁπλῶς θερμὸν, τὸ δ᾽ ὅτι τὰ ζῶα θερμαίνει πρὸς τὸ κατ᾽ ἐπικράτειαν. οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν ἄνθρωπον θερμαῖνον ὡς πρὸς ἄνθρωπον εἶναι δυνάμει θερμὸν, τὸ δὲ βοῦν ἢ ἵππον ὡς πρὸς βοῦν ἢ ἵππον. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὲν τῷδέ τινι τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ δὲ θερμὸν ἢ ψυχρὸν ἢ ὑγρὸν ὑπάρχον ἐκείνου μόνον τῇ φύσει παραβαλλόμενον.

Κεφ. γ΄. Ἐκ τῆς διακρίσεως ταύτης τῶν ὀνομάτων ὠφελήθημεν εἰς τὴν τῆς κράσεως αὐτῶν ἐπίγνωσιν. εἰ μέν τι πρὸς ἄνθρωπον λέγοιτο θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἀποχωρεῖν μὲν ἀξιοῦντες τῶν ἄλλων ἁπάντων ζώων, ἐπ᾽ αὐτοῦ δὲ μόνου τὴν πεῖράν τε καὶ τὴν βάσανον τἀνθρώπου ποιεῖσθαι. εἰ δέ τι πρὸς βοῦν, ἢ ἵππον, ἢ ἔλαφον, ἤ τι τῶν ἄλλων τινῶν ζώων, ἐπ᾽ ἐκείνου πάλιν αὖ μόνου γίγνεσθαι τὴν πεῖραν. ἐν τούτοις δὲ καὶ [60] τοὺς ἀπὸ συστάσεως, ἢ χροιᾶς, ἢ βάρους, ἢ κουφότητος, ἢ τῆς πρὸς γεῦσιν, ἢ τὴν ὀσμὴν ἑκάστου τῶν φαρμάκων ποιότητος ἐξευρίσκειν πειρωμένους αὐτῶν τὰς δυνάμεις ἐμεμψάμεθα. ταυτὶ μὲν οὖν ἅπαντα τῇ τῶν ὀνομάτων ὀρθῇ διαιρέσει φαίνεται συνακο-

id quod actu eſt abſolute calidum, hoc vero quod alia calefacit ad id quod per exuperantiam; ſic quod hominem calefacit eſſe ut ad hominem potentia calidum, quod vero bovem aut equum, ut ad bovem et equum, ſimiliter hoc huic, verbi cauſa, homini, illud vero illi calidum, frigidum, ſiccum, aut humidum eſt, illius naturae comparatum.

Cap. III. Ex hac nominum diſtinctione et ad aſſequendam temperamenti cognitionem ſumus adjuti. Siquidem ſi ad hominem quid dicatur calidum, a caeteris omnibus animalibus recedendum et in ipſo duntaxat homine periculum ſumendum explorandumque cenſuimus. Si vero quid ad equum, bovem, cervum, aut aliorum animalium quodvis, in ipſo rurſum periculum faciendum erit. Interim vero et illos quoque caſtigabimus qui ex conſiſtentia, colore, odore, ſapore, gravitate levitateque cujusque medicamenti exiſtentem in ſingulis facultatem invenire tentarunt. Atque haec utique rectae nominum diſtinctioni conſentanea videntur. At quae velut elementa hujus eſſe ſpeculationis pro-

λουθήσαντα, τὰ δ᾽ οἷον στοιχεῖα τῆς προκειμένης θεωρίας, ἐν τῇ γνώσει τῶν πρώτων εἶναι ποιοτήτων ἐδείκνυμεν, ἃς ἐν τῷ περὶ τῶν καθ᾽ Ἱπποκράτην στοιχείων ἀπεδείξαμεν, ὑγρότητα καὶ ξηρότητα, θερμότητα καὶ ψυχρότητα, σχεδὸν δὲ καὶ ἡ τούτων εὕρεσις ὑπῆρξεν ἡμῖν ἐκ τοῦ τὰ σημαινόμενα τῶν ὀνομάτων ὀρθῶς διαστείλασθαι. φάρμακον γὰρ τροφῆς διορίσασθαι τῷ τὸ μὲν ἀλλοιοῦν κατὰ ποιότητα, τὴν δ᾽ ἐξομοιοῦσθαι τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ, κατὰ τὸν λόγον ἐντεῦθεν ἐποδηγήθημεν εἰς τὴν τῶν ἀλλοιουσῶν ἡμᾶς ποιοτήτων εὕρεσιν.

Κεφ. δ΄. Διττῶν δ᾽ οὐσῶν τῶν ἀλλοιώσεων κατὰ γένος, τῶν μὲν εἰδοποιῶν, αἳ δὴ καὶ κυρίως καὶ πρώτως ἀλλοιώσεις ὀνομάζονται, τῶν δὲ καταθραυουσῶν τε καὶ συναγουσῶν τὰ μόρια τοῦ σώματος ἡμῶν, ἃς καταχρώμενοι μᾶλλον ἢ κυρίως ὀνομάζοντες ἀλλοιώσεις καλοῦσιν, τὰς τῶν φαρμάκων δυνάμεις ἐν ταῖς πρώταις φαμὲν περιέχεσθαι. μηδενὶ γὰρ δύνασθαι μεταβάλλειν ἐξ εἴδους εἰς εἶδος ἄνευ τοῦ θερμανθῆναί τε καὶ ψυχρανθῆναι καὶ ξηρανθῆναι καὶ

posuimus, in primarum consistere qualitatum cognitione ostendimus. Quas quidem in libro de elementis secundum Hippocratem humiditatem, siccitatem, caliditatem frigiditatemque esse demonstravimus, propeque harum quoque inventionem assequebamur ex significatis nominum recte distinguendis. Etenim quum medicamentum ab alimento discerneremus, quod medicamentum in qualitate alteraret, alimentum vero substantiae corporis adsimilaretur, recte hinc ad alterantium nos qualitatum inventionem perducti sumus.

Cap. IV. Porro quum duplices sint in genere alterationes aliae specificae, quae proprie sane et primario dicuntur alterationes, aliae vero quae contendunt et contrahunt corporis nostri partes, quas utique potius per abusum quam proprie nominantes alterationes vocant, in primo genere medicamentorum contineri facultates diximus. Nec enim quicquam ex specie in speciem mutari queat citra calefactionem, refrigerationem, humectationem et exiccatio=

ὑγρανθῆναι. λέγω δὲ ἐξ εἴδους εἰς εἶδος, ὅταν ἐξ ἄρτου καὶ πτισάνης καὶ φακῆς αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴ γίγνηται ξανθή τε καὶ μέλαινα, κἀκ τούτων πάλιν ὀστοῦν καὶ πιμελὴ καὶ νεῦρον καὶ σὰρξ, ἀρτηρία τε καὶ φλὲψ, ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων τοῦ ζώου μορίων. εἰ δέ τι τέμνον ἡμᾶς, ὥσπερ ὕαλος ἢ ξίφος, ἢ θλῶν, ὡς λίθος καὶ μόλυβδος, ἢ συνάγων τὰ κεχωρισμένα, καθάπερ ἐπίδεσις ἀλλοιοῖ πως τὰ μόρια ταῦτα, οὐκ εἶναι φάρμακα· μηδὲ γὰρ τὴν τοιαύτην ἀλλοίωσιν ἐξιστάναι τῆς οἰκείας φύσεως ἕκαστον τῶν ὄντων. ἄν τε γὰρ θραύσῃς εἰς πολλὰ καὶ κατατέμῃς ἄρτον, ἄν τε ἐκ πολλῶν καὶ σμικρῶν ἀθροίσῃς εἰς ἕν, οὐκ ἐξίσταται τῆς οἰκείας ἰδέας, οὐδὲ σὰρξ μὲν ἄν τι ἄρτου γίγνεται καταθραυόμενος, ὀστοῦν οὐδ᾽ εἰ οὕτως ἔτυχε συναγόμενος, ἀλλ᾽ ἐν τῷ πέττεσθαι κατά τε τὴν γαστέρα καὶ τὰς φλέβας εἰς αἷμα καὶ φλέγμα μεταβάλλων, εἶτ᾽ ἐκ τούτων εἰς ὀστοῦν καὶ σάρκα καὶ τἄλλα τοῦ σώματος μόρια, κατὰ τὴν οὐσίαν ὅλην ἀλλοιοῦται καὶ τῆς ἀρχαίας ἐξίσταται φύσεως, εἰς ἕτερον εἶδος μεθιστάμενος. οὐ μὴν ἐξ ἄλλου τινὸς ἢ ἐκ τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ

nem. Dico autem ex ſpecie in ſpeciem, velut quum ex pane, ptiſana, lente, ſanguis, pituita, bilis tum flava tum atra, atque ex his iterum adeps, os, nervus, caro, arteria, vena, atque adeo caeterarum animantis partium unaquaeque gignitur. At ſi ſecando nos quippiam, velut vitrum et enſis, aut contundendo, ut lapis et plumbum, aut ſegregata coarctando, ut vinculum, quadantenus partes alteret, ea haud pharmaca fuerint, quippe quum ejusmodi alteratione nullae rerum omnium ex propria recedant natura. Etenim ſive minutim panem frangas concidasque, ſive minutim conciſum colligas in unum, non tamen propriam ideo formam exuet, neque caro ex pane fiet per contuſionem neque os exempli gratia per coarctationem, verum dum in ventre venisque concoquitur, in ſanguinem pituitamque abit atque inde ex iſtis in os, carnem et alias corporis partes tota ſua ſubſtantia alteratur veteremque naturam exuit, in aliam tranſiens ſpeciem. Nec tamen ab alio quopiam quam calore, frigore, humiditate, ſiccitateque eas quae fiunt in

καὶ ὑγροῦ τὰς εἰς ἕτερον εἶδος οὐσίας ἀλλοιώσεις τε καὶ μεταβολὰς ἐδείχθη δεχόμενα τὰ πάθη τοῦ σώματος σύμπαντα. καὶ κατὰ τοῦτο τὰς πρώτας τε καὶ στοιχειώδεις εἰδοποιοὺς ποιότητας ἔφαμεν εἶναι τέτταρας, ὑγρότητα, ξηρότητα, θερμότητα, ψυχρότητα, καὶ ζητοῦμεν ἕκαστον τῶν φαρμάκων, ἥντινά ποτε καὶ τούτων ἐν τῇ κράσει κέκτηται πλεονεκτοῦσαν. εὐθέως οὖν ἐν τούτῳ πρώτῳ οἱ πλεῖστοι τῶν ζητησάντων αὐτὰς ἐσφάλθαι μοι δοκοῦσιν, ἐν τῷ τὴν πλεονεκτοῦσαν ἁπλῶς ἐπισκέπτεσθαι, καθάπερ τινὲς φυσικοὶ φιλόσοφοι. καὶ δὴ καὶ παραλογίζεσθαί τε πολλοὺς αὐτῶν ἀμεθόδως ἀναγινώσκοντας τὰ Θεοφράστου καὶ Ἀριστοτέλους συγγράμματα.

Κεφ. ε΄. [61] Καίτοι πάμπολυ τὸ διάφορόν ἐστιν ἢ ὡς πρὸς τὴν ὅλην φύσιν ἀποβλέποντας, ἢ ὡς πρὸς ἀνθρώπους μόνον ὑπὲρ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ διαιρεῖσθαι. πρὸς μὲν γὰρ τὴν ὅλην φύσιν ἀποβλεπόντων, διχῶς ἕκαστον τούτων λέγεται, τὸ μὲν ἁπλῶς, τὸ δ' ἐπικρατείᾳ. τῶν μὲν στοιχείων ἕκαστον ἁπλῶς, ἄνθρωπος δὲ καὶ

aliam essentiae speciem, alterationes mutationesque singuli affectus corporis accipiunt, ut demonstratum est. Atque hac ratione primas et elementarias specificas qualitates quatuor esse diximus, humiditatem, siccitatem, caliditatem et frigiditatem, quaerimusque quam harum medicamentum unumquodque in mixtione pollentem possideat. Atque protinus in hoc primum plerique eas inquirentium lapsi videntur, quod videlicet pollentem absolute tanquam naturales quidam philosophi considerarent. Praeterea complures quoque eorum decipi videntur, quod sine certa methodo Aristotelis Theophrastique libros perlegant.

Cap. V. Siquidem permagni refert, an totius naturae respectu an hominum duntaxat de calido, frigido, humido siccoque definiamus. Nam totius naturae respectu bifariam horum unumquodque dicitur, partim absolute, partim per exuperantiam, absolute quidem unumquodque elementorum, homo vero, equus et bos per exuperantiam.

ἵππος καὶ βοῦς κατ' ἐπικράτησιν. ἐν δὲ τῷ πρός τι γιγνομένης τῆς ἐξετάσεως, ἐκεῖνο χρὴ μόνον ἐπισκέπτεσθαι πρὸς ὃ λέγεται. ζητοῦμεν δ' ἡμεῖς οὐκ εἰ πλέον ἁπλῶς ἐστιν ἐν θαλάττῃ τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, τοῦτο μὲν γὰρ ἐναργῶς ὁρῶμεν, ἀλλ' εἰ πρὸς (31) ἄνθρωπον. οὐδ' οὖν οὐδὲ πρὸς τοῦτον ἁπλῶς οὑτωσὶ παραβαλλόμενον, ὡς εἰ καὶ λέοντα παραβάλλοις αὐτῷ, καὶ γὰρ καὶ οὕτως ὑγροτέρα ἀνθρώπου θάλαττα. πῶς οὖν ἔτι ζητοῦμεν, εἰ ξηρὰ τὴν δύναμίν ἐστιν ἡ θάλασσα; πῶς δ' ἄλλως ἢ ἐν ἴσῳ τῷ ξηραντικὴ σώματος ἀνθρωπείου; εἰς τοῦτ' οὖν ἀποβλέπειν χρὴ μόνον, ἐάσαντας τἄλλα. ποιοῦσι δ' ἔμπαλιν οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν, ἀποβλέπουσι γὰρ εἰς πάντα τἄλλα μᾶλλον ἢ εἰς τοῦτο. πῶς οὖν εἰς ἄνθρωπον ἐπιστραφέντες ἀποχωρήσαντές τε τῶν λοιπῶν, ὅπως ἔχει πρὸς τοῦτον ἐνεργείας ἡ θάλαττα γνωσόμεθα; ἢ δηλονότι προσφέροντες τῷ σώματι καὶ πεῖραν τοῦ γιγνομένου λαμβάνοντες ἔν τε τῷ λούειν ἐν θαλάττῃ καὶ καταβρέχειν ἢ καταντλεῖν, ἐπιτιθέναι τε πολλάκις μορίοις ἔριά τε καὶ σπόγγους θαλάττῃ δεύσαντας, ἐπιπλάσμασί τε μιγνύναι καὶ κηρω-

Jam autem quum ad aliquid respiciendo exploratio fiat, illud modo considerandum erit, quodnam fit illud ad quod dicitur. Nos vero non id quaerimus, an in aqua marina humidi fimpliciter plus fit quam ficci, id enim clare confpicimus: fed fi ad hominem conferendo, neque tamen rurfum ad hunc fimpliciter, ac fi leonem illi compares, quippe quum fic homine humidior marina fuerit. Quonam igitur pacto fcrutabimur an ficca fit facultate marina? Quonam alio, obfecro, quam an corpus humanum inaequalitate quadam exiccare valeat? Itaque in hoc unum modo caeteris relictis intendendum. Atqui contra faciunt medicorum plerique, nam ad quidvis potius refpiciunt quam ad hoc. Quomodo ergo ad hominem converfi, reliquis praetermiffis, quanam in hoc agendi facultate polleat marina, cognofcemus an videlicet corpori applicantes, ficque ejus periculum fumentes lavando in marina, rigando, fovendoque, tum fubinde lanam aut fpongiam marina madentem partibus applicando; ad haec emplaftris ceratisque mifcendo, atque in his omni-

Ed. Chart. XIII. [61.] Ed. Baſ. II. (31.)

ταῖς, κἂν τούτοις ἅπασιν διορίσασθαι τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς ἀποβαίνοντός ποτε τὸ κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτοῦ τοῦ φαρμάκου δύναμιν ἀποτελούμενον; ἐν τούτῳ γάρ ἐστι τὸ πᾶν κῦρος τῆς εὑρέσεως, οὗ μόνον σχεδὸν οὐδεὶς αὐτῶν ἅπτεται. ἀλλ᾽ αἱ τῶν φιλοσόφων ἀποφάσεις ἐξαπατῶσιν αὐτοὺς, οὐ δυναμένους αἰσθάνεσθαι τῆς ὁμωνυμίας.

Κεφ. στ΄. Οὐ μόνον γὰρ, ὡς ἀρτίως εἴρηται, τὰ μὲν ἁπλῶς, τὸ δ᾽ ἐπικρατείᾳ λέγεται πρὸς αὐτῶν. ἁπλῶς μὲν γὰρ τὸ πῦρ θερμὸν, ἐπικρατείᾳ δ᾽ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ τὸ κατ᾽ ἐπικράτειαν αὐτὸ διχῶς λέγεσθαι νομίζουσιν, τὸ μὲν κατὰ τοὺς ὄγκους τῆς οὐσίας, ὡς κἀν τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασιν ἡμεῖς διῃροῦμεν, οἷον εἰ δύο χοὰς ὕδατος ἄκρως ζέοντος ἀναμίξαις ἑνὶ χοῒ ψυχροῦ παντάπασιν ὕδατος, ἕτερον δὲ τὸ κατὰ τὴν τῶν ποιοτήτων ἐνέργειαν. τοῦτο δ᾽ ἤδη δόγματος ἐχόμενον λέγουσιν, οὐκ ἔτ᾽ ἐκ τῶν ἐναργῶς φαινομένων λαμβάνοντες. ὑποθέμενοι γὰρ τὸ μὲν ψυχρὸν συνάγειν καὶ πιλεῖν καὶ ἀκίνητον ἐργάζεσθαι τὴν οὐσίαν, τὸ δὲ θερμὸν ἀραιοῦν καὶ διαχεῖν καὶ πέττειν καὶ

bus ab eo quod ex accidenti quandoque evenit, id quod a propria medicamenti vi proficiſcitur, diſtinguendo? Nam in hoc omnis inventionis ſumma conſiſtit, quam vix quisquam illorum attingit: ſed eos philoſophorum verba decipiunt haud potentes homonymiam percipere.

Cap. VI. Nam non ſolum, ut modo diximus, aliud ſimpliciter, aliud per exuperantiam ab ipſis dicitur; ſimpliciter enim ignis calidus eſt, per exuperantiam homo. Verum quod per exuperantiam dicitur, biſariam quoque dici autumant, partim ſecundum ſubſtantiae molem, velut et nos quoque in libris de temperamentis diviſimus, ut ſi cados duos aquae ſumme ferventis uni cado aquae maxime algentis permiſcueris, partim vero ſecundum qualitatum affectum. Atque hoc quod ad dogma conſequitur, ita dicunt, non ex iis quae evidenter apparent accipientes. Nam ſupponentes frigidum omne contrahere conſtipareque et ſubſtantiam reddere immobilem aut aegre mobilem, calidum vero ra-

κινεῖν εὐλόγως ἐν ἅπασι τοῖς φυτοῖς κρατεῖν ἀποφαίνονται τὸ θερμόν. μηδὲ γὰρ ἂν μήτε τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀνάδοσιν τῆς τροφῆς ἐπὶ μήκιστον ἄλλως γενέσθαι, μήτ᾽ ἀλλοίωσιν αὐτοῦ μήτε πέψιν, ἀλλὰ μηδὲ τὴν αὔξησιν ὅλως τῶν φυτῶν ἢ τὴν βλάστησιν, ἢ τῶν καρπῶν τὴν γένεσιν, εἰ μὴ τὸ θερμὸν ἐκράτει· [62] καὶ οὕτως ἤδη πάλιν ἐν αὐτοῖς τοῖς φυτοῖς τὸ μὲν θερμότερον ἀποφαίνουσιν, τὸ δὲ ψυχρότερον. ἐκ ταύτης οὖν τῆς ὑποθέσεως ἤρτηται καὶ ὁ περὶ τῶν ῥόδων αὐτῶν λόγος ὅτι θερμά. κρατεῖ γὰρ ἐπὶ πλέον ἐν αὐτοῖς τὸ θερμὸν ἢ ἐν ἄλλοις τισὶ φυτοῖς. ἐξ ἑτέρας δ᾽ αὖ πάλιν ὑποθέσεως ὁ περὶ ἐλαίου τε καὶ πιμελῆς. ὅτι γὰρ ἂν ἐκφλογοῦται τάχιστα, διὰ τοῦτο θερμὰ τὴν δύναμιν εἶναί φασιν αὐτά. καὶ καθ᾽ ἕτερον δ᾽ αὖ τρόπον ὅσα γλυκέα, διότι γὰρ οἰκειότατα καὶ ὁμοιότατα ταῖς κράσεσιν ἡμῶν φύσει θερμῶν ῾παρχόντων, διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα θερμὰ εἶναί φασι. τοῖς μὲν οὖν φιλοσόφοις, ὡς ἂν περὶ τῆς ὅλης φύσεως ἀποφαινομένοις, ὀρθῶς τὰ τοιαῦτα ζητεῖται καὶ λέγεται· τοῖς δ᾽ ἰατροῖς, ἕτερον ἔχουσι

refacere, fundere, coquere, movere, rationabiliter in plantis omnibus vincere calidum pronunciant, ſiquidem haud aliter neque nutrimenti ex terra digeſtionem longiſſimam neque alterationem ejusdem, neque concoctionem, quin nec incrementum prorſum plantarum, neque germinationem neque fructuum generationem perfici poſſe, niſi calidum ſuperaret, atque ita rurſum inter plantas alias calidiores, alias frigidiores conſtituunt. Ex eadem iſta hypotheſi pendet ea ratio, qua roſas eſſe calidas contenderunt: ſiquidem in illis ſi in aliis ullis plantis, plurimum vincit caliditas. Ex altera rurſum hypotheſi dependet quod de oleo et adipe aſtruunt. Nam quod ociſſime inflammentur, idcirco calida eſſe ea facultate judicant. Et alio rurſum modo quaecunque dulcia ſunt, calida eſſe dicunt, ſiquidem quod familiariſſima ſint ſimillimaque naturis noſtris quae calida ſunt, ideo et ipſa quoque calida eſſe volunt. Atque philoſophis quidem, ut puta qui de tota natura ſcrutantur, recte talia et quaeruntur et dicuntur, at medicis, quibus alius eſt ſcopus propoſi-

σκοπὸν, οὐκ ὀρθῶς· οὔτε γὰρ ὅτι ἐν ταῖς ἐνεργείαις ἐπικρατεῖ τὸ θερμὸν ἐν τοῖς ῥόδοις οὐδ' ὅλως ὅτι τῷ γένει φυτὸν ὑπάρχει, θερμὸν ἤδη διά τι τούτων ἐστίν. οὐ γὰρ οὕτως ἐζητοῦμεν ἡμεῖς τὸ θερμὸν, ἀλλ' ὡς πρὸς ἄνθρωπον, ἐπεὶ κατά τε τὸ κρατεῖν ἐν ταῖς ἐνεργείαις τὸ θερμὸν ἅπαν φυτὸν ἔσται θερμὸν, ἔτι δὲ μᾶλλον τὰ ζῶα πάντα. καὶ μήκωνα τοίνυν καὶ μανδραγόραν καὶ κώνειον καὶ σαλαμάνδραν θερμὰ λεγόντων ὑπάρχειν, ἀλλ' οὐ λέγουσιν, ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀποφαίνονται ψυχρὰ ταῦτ' εἶναι πάντα. καίτοι ζῶόν τ' ἐστὶν ἡ σαλαμάνδρα, τρεφόμενον δήπου καὶ αὐξόμενον καὶ κινούμενον, ἅπερ δὴ τοῦ θερμοῦ κρατοῦντος ἐν τῇ κράσει γίνεσθαί φασι. πῶς οὖν ἐν τούτοις μὲν ὡς πρὸς ἄνθρωπον ἀποβλέπουσιν, ἐν ἄλλοις δὲ ὡς πρὸς τὴν ὅλην φύσιν, ἢ τὰς τῶν πρώτων ποιοτήτων ἐνεργείας; ἐγὼ μὲν οὖν φημι μὴ σαλαμάνδραν μόνην, ἢ κώνειον ἀποφαίνεσθαι χρῆναι ψυχρὰ ταῖς δυνάμεσιν ὑπάρχειν, ὡς πρὸς ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ τἄλλα πάντα κρίνειν ὡσαύτως. ἐπεὶ τό γε κώνειον οὐ μόνον οὐ καταψύξει τοὺς ψάρας οὐδ' ἀναιρεῖ

tus, haud perinde recte, quippe quum in roſarum affectibus calidum non vincat, neque ſane quodvis aliud plantae genus eo quod plantae eſt, calidum dici debet, quoniam nos haud ita calidum quaerimus, ſed ut ad hominem, ſiquidem ſi, quia in actionibus ſuperat caliditas, propterea calidum quid dices, planta unaquaeque calida erit multoque magis animalia omnia. Dicant igitur, ſi lubet, papaver, mandragoram, cicutam, ſalamandram eſſe calida, verum nemo id dicit, ſed velut uno ore omnes eſſe frigida pronunciant. Atqui animal eſt ſalamandra, quod et nutritur et creſcit et movetur, quae ſane calido in mixtione vincente provenire aſſerunt. Quid ergo in iſtis quidem ad hominem reſpiciunt, in aliis vero ad totam naturam, aut primarum qualitatum actiones? At ego non ſalamandram modo aut cicutam ut ad hominem frigida eſſe dici oportere cenſeo, ſed alia omnia ad eundem modum judicanda. Siquidem cicuta ſturnos non modo non refrigerat et enecat uti nos, ſed et

Ed. Chart. XIII. [62.] Ed. Baf. II. (31.)

καθάπερ ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τρέφει καὶ θερμαίνει δηλονότι. πᾶν γὰρ τὸ τρέφον οὐσίαν θερμὴν ἐπαύξει δήπου τὸ θερμὸν αὐτῆς καὶ φυλάττει. θερμὴ δέ ἐστιν ἡ τοῦ σώματος οὐσία τῶν ψάρων οὐχ ὡς ζώων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐναίμων. ἐμοὶ μὲν οὖν ἐπιδέδεικται πολλάκις ἐν πολλαῖς ἤδη πραγματείαις ὡς οἰκειότητές τινές εἰσι καὶ μάχαι ποιοτήτων ἐν ἅπασι τοῖς οὖσι, καὶ τὸ μὲν οἰκεῖον ἑτοίμως ἐξομοιοῦται, τὸ δ᾽ ἐναντίον εἰς φθορὰν ἐνίοτε μεταβάλλει τά τε φυτὰ καὶ τὰ ζῶα. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς αἱ οἰκειότητες αὐτῶν κατὰ τὴν ἰδιότητα τῆς ὅλης οὐσίας γίνονται, καὶ τοῦτο εἴρηταί μοι καὶ δέδεικται πολλάκις. οἱ δὲ οὐ δύνανται κατιδεῖν αὐτὸ καὶ διὰ τοῦτο ῥαθύμως τε ἅμα καὶ ψευδῶς περὶ τῶν πλείστων ἀποφαίνονται φαρμάκων. ἓν γάρ ἐστι μόνον ἀσφαλὲς κριτήριον ἐν αὐτοῖς, ἡ πρὸς ἄνθρωπον πεῖρα, διοριζομένων ἡμῶν ἐν αὐτῇ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦ καθ᾽ αὑτό. καὶ ταύτῃ προσέχων τὸν νοῦν οὔτ᾽ ὄξος, οὔτε ῥόδινον ἐρεῖ τις θερμόν· ψύχει γὰρ ἡμᾶς ἀμφότερα πρώτως καὶ καθ᾽ ἑαυτά, τὸ μὲν ὄξος ἰσχυρῶς,

alit quoque et nimirum etiam calefacit. Quicquid enim fubftantiam alit calidam, calorem ejus quadantenus et auget et tuetur, atqui corporis fturnorum calida eft fubftantia non modo qua animalia funt, fed etiam qua fanguine praedita. Sane fubinde in aliis tractatibus demonftratum a nobis eft familiaritates quasdam pugnantiasque qualitatum omnibus rebus ineffe, ac quod familiare eft expedite affimilari, quod vero contrarium, ad internecionem ducere tum animantia tum plantas. Praeterea familiaritates illas a totius fubftantiae proprietate oriri, id quod faepenumero a me et dictum eft et oftenfum. At ifti quum aegre id capere poffint, fegniter et falfo de complurium medicamentorum viribus pronunciant. Una enim duntaxat illorum examinandorum regula eft, nempe ea quae ad hominem fit exploratio, id quod fecundum accidens ab eo quod eft per fe femper diftinguendo. Cui fi quis animum intendat, is nec acetum nec rofaceum calidum unquam dixerit, quippe quum utrumque nos primario et per fe refrigeret, acetum quidem va-

Ed. Chart. XIII. [62. 63.] Ed. Baf. II. (31.)

ἐπ' ὀλίγον δὲ τὸ ῥόδινον. οἷον δέ τι τοῦτ' ἐστιν τὸ ἐπ' ὀλίγον, ἐγὼ διηγήσομαι. συγκατοφθήσεται γὰρ αὐτῷ καὶ ὁ περὶ τῆς μέσης κράσεως ἁπάντων τῶν φαρμάκων λόγος, οὗ κἀν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ μνήμην ἐποιησάμην ὑπὲρ ἐλαίου διαλεγόμενος.

Κεφ. ζ. [63] Εἰ δή τι τῶν ὁμιλούντων ἡμῖν σωμάτων ἢ φαρμάκων ἐνεργείᾳ θερμὸν οὕτως ἐστὶν ὡς ἡμεῖς, ἢ γίγνεται πλησιάζον ὁμοίως ἡμῖν θερμὸν, ἐκ τῆς μέσης τὸ τοιοῦτον ὑπάρχει κράσεως, ὥστε ἡμῖν παραβάλλειν, ἐπεί τοι καθ' ἑαυτὸ δύναιτ' ἂν κατ' ἐπικράτειαν λέγεσθαι θερμὸν, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς. εἰ δέ τι μήτε ἤδη θερμὸν οὕτως ἐστὶν ὡς ἡμεῖς μήτε ἐν τῷ πλησιάζειν γίνεται τοιοῦτον, ψυχρότερόν ἐστιν ἀνθρώπου κράσεως τοῦτο, κἂν ὁπωσοῦν ἐν αὐτῷ κρατῇ τὸ θερμόν. καὶ δὴ κἂν τῷ πλησιάζειν ἡμῖν ἀφαιρήσει τι καὶ καθαιρήσει τῆς ἐνυπαρχούσης ἡμῖν θερμότητος. ὥσπερ γὰρ εἰ δυοῖν μὲν ὑδάτοιν ἀμφοῖν μὲν θερμοῖν, ἀλλὰ τοῦ μὲν μᾶλλον, τοῦ δ' ἧττον, ἐπιμίξαις τῷ μᾶλλον θερμῷ τὸ ἧττον, ἐκλύσεις αὐτοῦ τὴν θερμασίαν, οὕτως εἰ εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ῥοδίνου

lide, leviter autem rofaceum. Porro quidnam hoc fit leviter, ego exponam: una enim cum eo tota medii temperamenti medicamentorum omnium ratio confpicietur, cujus et in praecedente libro mentionem fecimus, ubi de oleo differebatur.

Cap. VII. Si quippiam eft ex applicatis nobis feu corporibus feu medicamentis, quod actu fic calidum fit ut nos, aut ex contactu fimiliter calidum evadat, id ex media eft temperie, cum nobis nimirum collatum, fiquidem fecundum fe queat per exuperantiam dici calidum, velut et nos quoque. At fi quid nondum adeo calidum eft ut nos, neque admodum tale redditur, id temperie humana frigidius eft, quantumcunque in eo caliditas exuperet: etenim admotum calorem, qui in nobis praeerat, auferet detrahetque. Quippe fi datis duabus aquis calidis, quarum altera plus, altera minus caleat, mifceas minus calentem magis calenti, hujus certe caliditatem exolveris; fic fi in caliditatem ro-

θερμότητα χλιαρὰν ὑπάρχουσαν καὶ πρὸς τὴν ἀνθρώπου κρᾶσιν ἀναμίξαις ἀνθρωπείαν θερμότητα, καθαιρήσεις τι πάντως αὐτῆς καὶ καταψύξεις.

Κεφ. η'. Μὴ τοίνυν θαυμάζειν, εἴ τι τῶν ἰδίᾳ τε καὶ καθ' αὑτὰ θερμῶν ἑτέρῳ θερμοτέρῳ προσαγόμενον ἐμψύχειν αὐτὸ δύναται. φύσις γὰρ αὕτη κοινὴ πάντων ἐστὶν τῶν ἀλλοιωτῶν σωμάτων, ὡς εἰς ἄδηλα δρᾷν καὶ πάσχειν πλησιάζοντα, τὸ μὲν ἧττον θερμὸν ὑπὸ τοῦ μᾶλλον θερμοῦ θερμότερον γιγνόμενον, τὸ δὲ μᾶλλον θερμὸν ὑπὸ τοῦ ἧττον ἔμπαλιν διατιθέμενον. ἐναργῶς γὰρ αὐτὸ καὶ δι' αὐτῆς καταμάθοις τῆς ἁφῆς. φαίνεται γὰρ αὐτῇ πολλάκις τὰ αὐτὰ ποτὲ μὲν θερμὰ, ποτὲ δὲ ψυχρά· θερμοτέρᾳ μὲν γιγνομένῃ ψυχρὰ, ψυχροτέρᾳ δὲ θερμά. καί τις ἔναγχος ἡμῖν προὔβαλε διὰ τί ψυχρὸν μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις οὐροῦμεν, ἔξω δὲ θερμὸν, οὐ παρακολουθῶν ὅτι τὸ μὲν (32) οὖρον αὐτὸ χλιαρὸν ὁμοίως ἐστὶν ἔν τε | τοῖς βαλανείοις κἀκτὸς, ἡμεῖς δὲ οὐχ ὡσαύτως διακείμεθα τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος ἔν τε τῷ λούεσθαι καὶ πρὸ τούτου. λουόμενοι μὲν γὰρ θερμοτέραν

ſacei, quae tepida eſt ut ad temperiem humanam, caliditatem indideris humanam, prorſum ab hac quid detrahes et refrigerabis.

Cap. VIII. Non ergo mirari oportet ſi quicquam eorum quae proprie et per ſe ſunt calida cum calidiore commixtum frigidius efficere ipſum queat. Ea eſt enim communis alterabilium corporum omnium natura, uti in ſeſe et agant et patiantur admota, quodque minus eſt calidum a magis calido calidius evadit: quod vero magis calidum a minus calido contra efficitur. Nam id vel ex ipſo tactu clariſſime diſcas: etenim eadem ſubinde illi tum calida tum frigida eſſe videntur, calidiori quidem facto frigida, frigidiori vero calida. Propoſuit autem mihi dudum quispiam, quamobrem in balneis frigidum mejamus, foris vero calidum, haud intelligens in balneis urinam quidem perinde ac foris tepidam eſſe, verum nos non aeque extrinſeca corporis ſuperficie et dum lavamur et ante affectos eſſe. Nam

ἔχομεν αὐτὴν ἢ κατὰ τὸ οὖρον, ἔξω δὲ ψυχροτέραν· ὥστε εὐλόγως αὐτῇ καὶ τὸ οὖρον ἔξω μὲν τοῦ βαλανείου θερμὸν, ἔνδον δὲ ψυχρὸν φαίνεται. τοῦ μὲν γὰρ ἧττον ἑαυτῆς θερμοῦ τὴν αἴσθησιν ὡς ἀποκαταψύχοντος ἴσχει, τοῦ δὲ μᾶλλον ἢ καθ' ἑαυτὴν ὡς ἐκθερμαίνοντος. ἔξεστι δέ σοι πείρας ἕνεκα τοῦ λελεγμένου καδίσκον τινὰ χλιαροῦ μετρίως ὕδατος, ἐπειδὴ ἱκανῶς ἤδη τεθερμασμένος ἦς, λουόμενος εἰσενεχθῆναι κελεύσαντι καὶ θεῖναι τὰς χεῖρας ἢ τοὺς πόδας εἰς αὐτό. φανεῖται γάρ σοι τὸ ὕδωρ οὐ χλιαρὸν, ἀλλ' ἱκανῶς ψυχρόν. εἰ δὲ εὐθὺς εἰσελθὼν εἰς τὸ βαλανεῖον ἅπτοιο τοῦ κατὰ τὸν καδίσκον ὕδατος, ἧττόν σοι φανεῖται ψυχρόν. ἀεὶ γὰρ εἰς ὅσον ἂν ἦς προτεθερμασμένος, εἰς τοσοῦτον ψυχρὸν φανεῖται. καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, εἴ γε καὶ τὰ πολλὰ τῶν φρεατιαίων ὑδάτων, ὅσα βαθείας ἔχει τὰς πηγὰς ἐν τῷ χειμῶνι ψαυόμενα, χλιαρὰ φαίνεται. ἀλλ' εἰ λελουμένος ἅψαιο θερμαῖς ταῖς χερσὶν, οὐκ ἄν σοι φανείη χλιαρὰ, καὶ πολὺ μᾶλλον εἰ λουόμενος ἔτι. γνώμονα τοίνυν ἔχοντες τὴν ἁφὴν ἐν ταῖς τῶν θερμῶν καὶ ψυχρῶν διαγνώσεσι καὶ πρὸς τὴν ἐκείνης διά-

in balneo ipſo calidior ea nobis eſt quam urina, extra autem frigidior: quare et urina non abs re illi calida extra balneum apparet, in balneo autem frigida: quod enim minus quam ipſa calidum ſentitur, velut refrigerans habet: quod autem magis calidum, tanquam calefaciens. Liceat vero tibi periculi faciundi cauſa, poſtquam abunde lavando incalueris, pelvi aquae modice tepidae intro juſſu tuo allata, in eam manum aut pedem immittere: apparebit enim aqua non tepida, ſed admodum frigida. At ſi protinus balneum ingreſſus aquam pelvis tetigeris, minus videbitur frigida: perpetuo enim quanto plus fueris praecalefactus, tanto apparebit frigidior. Nec mirum videri debet, ſi putealium aquarum pleraeque, quae videlicet fontes profundos admodum habeant, contactae hieme videantur tepidae. At ſi a balneo manibus contingas calidis, multoque magis ſi etiamnum in lavacro conſiſtens, haud profecto apparebis tepida. Itaque tactum calidi frigidique dignoſcendi normam ponentes

θεσιν ἀναφέροντες αὐτῶν τὰς κρίσεις [64] εὐλόγως παραλογιζόμεθα πολλάκις, ὡς καὶ τὸ μὴ ψυχρὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτὸ ψυχρὸν εἰπεῖν καὶ τὸ μὴ θερμὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτὸ θερμόν. καὶ διὰ τοῦτο λουόμενοι μὲν ψυχρὸν τὸ οὖρον, ἐῤῥιγωκότες δ' ἐν κρύει, τὸ φρεατιαῖον ὕδωρ θερμὸν εἶναι νομίζομεν. καὶ εἴπερ τῶν διαθέσεων ἐν αἷς ὄντες ἀμφοτέρων ἐψαύσαμεν ἐπιλαθοίμεθα, μόνης τῆς γεγενημένης ἡμῖν αἰσθήσεως μεμνημένοι, τάχ' ἀποφηναίμεθα ἄν ποτε τὸ μὲν ὕδωρ ἁπλῶς θερμὸν εἶναι, τὸ δ' οὖρον ψυχρόν. ἔστι δ' οὐδέτερον ἁπλῶς οὔτε θερμὸν οὔτε ψυχρὸν, ἀλλ' ὡς πρὸς ἡμᾶς· καὶ οὐδὲ πρὸς ἡμᾶς αὖ πάλιν ἁπλῶς, ἀλλ' ὡδί πως ἔχοντας. ἁπλῶς δ' ἂν πρὸς ἡμᾶς ὁποῖόν ἐστιν ἑκάτερον λέγοιτο πρὸς τὴν μέσην καὶ ἀρίστην ἡμῶν κρᾶσιν ἐξεταζόμενον, ὥσπερ εἰ καὶ πρὸς ἄνθρωπον ἁπλῶς ἐδοκιμάζετο, πάντως ἄν που πρός τε τὸν εὔκρατον ἡ ἐξέτασις ἐγίγνετο. ἤρτηται τοίνυν καὶ ταῦτα πάντα τὰ σφάλματα τῆς τῶν ὀνομάτων διαιρέσεως, ἧς ὀλίγου δεῖν ἅπαντες καταφρονοῦ-

ac ejus dispofitioni judicium omne tribuentes, merito fane crebro fallimur, ut qui quod haud ex fe eft frigidum, id frigidum effe dicamus, quod vero calidum ex fe non eft, id effe calidum pronunciemus. Hinc fit ut dum lavamur, frigidam effe urinam credamus, contraque frigore rigentes, aquam e puteis hauftam calidam exiftimemus. At fi affectionum, in quibus eramus, dum utramque contingeremus, oblivifcamur, ac folius ejus qui in nobis factus eft fenfus meminerimus, periculum eft ne forte aquam aliquando abfolute dicamus calidam, urinam vero abfolute frigidam. Atqui neutra abfolute aut calida aut frigida eft, fed ut ad nos; nec ut ad nos rurfum abfolute, verum hoc videlicet pacto affectos. Abfolute autem utraque qualis ad nos eft dici poffit ad mediam eandemque optimam noftri temperiem collata: ut fi ad hominem abfolute expendatur, omnino fane ad temperatum et eucratum expendi oporteat. Sane et haec quoque peccata omnia a nominum diftinctione pendent, quam paulo minus omnes habent contemptui. Etenim quum

σιν. ἐπεὶ γὰρ ψυχρὸν καὶ θερμὸν τὸ μὲν ἁπλῶς λέγεται, τὸ δ' ἐπικρατείᾳ, τὸ δὲ τῇ πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενὲς παραβολῇ, τὸ δὲ πρὸς ὁτιοῦν τὸ ἐπιτυχὸν εὐλόγως ἐν ταῖς ὁμωνυμίαις σφαλλόμεθα πολλάκις, ἐπιλανθανόμενοι μὲν ὁποῖόν τι θερμὸν κρίνομεν, ἐφ' ἕτερον δὲ μεταβαίνοντες. ἀλλὰ μυριάκις ἤδη λέλεκταί τε καὶ λεχθήσεται κατὰ τὸ τέταρτόν τε καὶ ὕστατον τῶν εἰρημένων ἄρτι σημαινομένων ἐπισκέπτεσθαι χρῆναι περὶ τῆς τῶν φαρμάκων δυνάμεως.

Κεφ. θ'. Οὔτε γὰρ ἁπλῶς θερμὸν ἕκαστον αὐτῶν ἐστιν, ὥσπερ τὸ πῦρ· τοῦτο μὲν γὰρ ἂν καὶ ἀδύνατον· οὔτ' εἰ κατ' ἐπικράτησιν, ὥσπερ τὸ αἷμα, πρόκειται σκοπεῖν· ἀλλ' οὐδ' εἰ πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενὲς ἢ ὁμοειδὲς λέγεται θερμὸν, ὥσπερ λέων μὲν ἐν ζώοις, τὸ δ' ἀκμάζον ἐν ἑκάστῳ τῶν εἰδῶν πρὸς τὸ γεγηρακός. ἀλλ' εἰ πρὸς ἄνθρωπόν ἐστι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν ἕκαστον τῶν φαρμάκων, ἡ ζήτησίς ἐστιν. καὶ οὐδὲ πρὸς τοῦτον ὡς τὸ πρός τι παραβαλλόμενον, ἀλλ' εἰ τῇ δυνάμει, τοῦτο

calidum et frigidum partim abfolute dicatur, partim per exuperantiam, partim ut ad fymmetrum fui generis comparatum, partim ut ad quidvis obvium collatum, jure optimo in homonymiis identidem fallimur, nefcii quidem quonam horum modorum quid calidum judicemus ad alterum tamen tranfeuntes. Verum fexcenties jam dictum eft diceturque quod in quarto et ultimo eorum quae modo recenfuimus fignificatorum de medicamentorum viribus confiderare oporteat.

Cap. IX. Non enim an abfolute unumquodque calidum fit, ut ignis, nam id omnino etiam foret impoffibile: aut an per exuperantiam, ut fanguis, confiderare propofitum eft: neque an ut ad fymmetrum fui generis aut fpeciei dicatur calidum, ut leo in animantibus, et quod florentis aetatis eft in quavis fpecie ad aetatem provectum: fed an ad hominem fit calidum, frigidum, humidum, aut ficcum medicamentorum unumquodque inquirere ftatutum eft. Neque rurfum ad hunc tanquam id quod ad aliquid aliud compa=

δ' ἐστὶν, εἰ πλησιάζον αὐτῷ θερμότερον ἀπεργάζεται τὸ μόριον, ἢ ψυχρότερον, ἢ ὑγρότερον, ἢ ξηρότερον οὗπερ καὶ ψαύει. ὥστε ἐν τῇ πείρᾳ καὶ τὰ τῆς κρίσεως ἔσται καὶ τὰ τῆς διαγνώσεως, ἣν ἀφέντες οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν εἰ ἐρυθρόν ἐστιν τὸ ῥόδον ἢ εὐῶδες ἐπισκοποῦνται, παρέντες ὅταν ἐγκαυθῶσι τὴν κεφαλὴν, ἐπιτιθέντες αὐτῇ ῥόδων στεφάνους, ἢ τὸν χυλὸν αὐτῶν, ἢ ῥόδινον ἔλαιον, οὕτω τῇ πείρᾳ μαθεῖν τὸ γιγνόμενον. εἰ μὲν γὰρ ἐκθερμαίνονται, μᾶλλον ἂν εἴη θερμὸν, εἰ δὲ ψύχονται, ψυχρόν. ἐν ἴσῳ τὸ ψυκτικὸν εἶναι ἀνθρώπου φύσεως, ἀεὶ γὰρ τούτου χρὴ μεμνῆσθαι, καίτοι μυριάκις μὲν ἐγὼ διατελῶ λέγων αὐτὸ, παρακούουσι δ' οἱ πολλοὶ καὶ συγγινώσκειν αὐτοῖς χρὴ διεστραμμένοις ὑπὸ τῶν σοφιστῶν ληρούντων μακρά. τὰ μὲν δὴ τῆς πείρας οὕτω ῥᾴδια καὶ περὶ ῥόδων δυνάμεώς ἐστι καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων φαρμάκων. ἔξεστι γὰρ δήπου καὶ στεφανώσασθαι ῥόδοις καὶ τρίψαντί ποτε καταπλάσαι τὸ στόμα τῆς κοιλίας ἀνθρώπου καυσουμένου καὶ

ratur, ſed ſi facultate, hoc eſt ſi admotum ipſi eam partem quam tetigerit reddat aut calidiorem aut frigidiorem aut humidiorem aut ſicciorem. Itaque in experientia et judicandi et dignoſcendi conſiſtet ratio, licet reperiantur medicorum plerique, qui experientia poſthabita an rubra ſit roſa an bene olens conſiderant, negligentes ubi caput ipſis exaeſtuat coronis ex roſa contextis capitique impoſitis aut ſucco ejus aut oleo roſaceo, ſic vel ipſa experientia id quod res eſt diſcere. Nam ſi calefiant, magis etiam calida fuerit: ſin refrigerentur, frigida, quod perinde eſt atque refrigerandae humanae naturae facultate pollere; nam id perpetuo memoria tenere oportet; quod tametſi ſexcenties dicere non gravatus ſim, tamen multi ne ſic quidem id capiunt, atque ignoſcendum ſane illis eſt, ut quos ſophiſtae prolixis ſuis nugis perverterunt. Et profecto experientiae quidem ratio tam facilis eſt quum in roſarum tum in caeterorum medicamentorum omnium facultate. Nam roſis aut coronari liceat, aut eis contritis hominis aeſtuantis os ventriculi illi-

ἀποθλίψαντι τὸν χυλὸν αὐτῶν ἐκροφῆσαι καὶ μίξαντι μεθ᾽ ὕδατος, ἢ ἐλαίου, τῶν τοῦ σώματός τι [65] μορίων ἀνατρῖψαι. καίτοι τί λέγω τούτοις, ὅπου γε ὀποβαλσάμῳ μιγνύντες ἔνιοι ῥόδων χυλὸν ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν ἀνατρίβονται τὰ σώματα χάριν ἐμψύξεως, αὐτῇ τῇ πείρᾳ μεμαθηκότες ὡς ἱκανῶς ἀναψύχουσιν; ἀλλ᾽ ὑπὸ περιττῆς σοφίας Ἡρόδοτος ὁ ἰατρὸς οὐδὲ τὸ ξὺν ὄξει ῥόδινον, ὃ δὴ καλοῦσιν ἰδίως ὀξυρόδινον, ὁμολογεῖ ψύχειν ἡμᾶς· εἶτ᾽ ἀναμνησθεὶς τό γε τοσοῦτον, ὡς ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν φρενιτικῶν νοσημάτων αὐτὸς αὐτῷ χρῆται καὶ συνεὶς τῆς ἐναντιολογίας, ὡμολόγηται γὰρ ὑπὸ πάντων σχεδὸν τῶν ἰατρῶν ἄχρι καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν ἀναισθητότατον Θεσσαλὸν, ὡς ἀποκρούεσθαι χρὴ καὶ ψύχειν ἐν ἀρχῇ μᾶλλον ἢ θερμαίνειν καὶ χαλᾶν, οὐ ψύχειν φησὶν, ἀλλὰ στύφειν αὐτό. καίτοι χαλεπὸν οὐδὲν ἦν ἐγκαυθέντα ποτὲ καὶ αὐτὸν, ἄνθρωπος γὰρ ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, ὀξυροδίνῳ τὴν κεφαλὴν ἐπιβρέξασθαι καὶ γνῶναι τῇ πείρᾳ τὴν ἐνέργειαν τοῦ φαρμάκου.

here, aut siccum earum expressum ebibere, aut oleo aquaeve mixtis aliquam corporis partem confricare. Sed quid haec multis commemoro, quum nonnulli mixtum opobalsamo rosarum succum sub canis ardoribus refrigerii causa corporibus inungant, usu videlicet ipso docti, cum hoc fecerint, abunde refrigerare? At Herodotus medicus prae eximia videlicet sapientia ne mixtum quidem aceto rosaceum, quod proprie oxyrhodinon vocant, refrigerare nos concesserit. Postea memor illo se uti in principiis morborum phreniticorum, nec ignorans quantam sibi contradicentium turbam inde cieret, quippe omnibus prope medicis confessum est, adeo ut vel Thessali sequaces, hominis impudentissimi, negare non audeant repellendum refrigerandumque in principiis esse potius quam calefaciendum aut laxandum, non refrigerare ipsum inquit, sed astringere. Atqui difficile sane illi neutiquam fuisset, si quando aestu nimio affligebatur, nam et homo erat eisdem obnoxius passionibus quibus et nos, caput oxyrhodino perfundere, sicque expe-

ῥᾷστον δ' ἦν, οἶμαι, καὶ ψυγέντα χρῆσθαί ποτ' αὐτῷ κατά τε τῆς κεφαλῆς ἐπιχέοντα καὶ τοῖς ὠσὶν ἐνστάξαντα καὶ ταῖς ῥισὶν ἐγχέοντα καὶ τὸ μέτωπον ὅλον ἀνατρίψαντα, καθάπερ ἀμαρακίνῳ καὶ ἰρίνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλείμμασιν τοῖς θερμαίνουσι χρώμεθα. καίτοι γὰρ οὐδὲ μετρίως θερμαίνει κατ' αὐτὸν ὀξυρόδινον, ἐκ δυοῖν θερμοτάτων φαρμάκων συγκείμενον. ἀλλ' εἴπερ Ἡρόδοτος οὐκ ἐτόλμησε χρήσασθαι, δίκαιον, οἶμαι, τοὺς νῦν ἔστι πειραθῆναι τῆς τοῦ φαρμάκου δυνάμεως ἐφ' ἑαυτῶν, ὅταν ἤτοι ψυγῶσιν ἢ ἐγκαυθῶσιν, ὥσπερ ἐγὼ πολλάκις ἐπειράθην ἐπ' ἐμαυτοῦ καὶ ἄλλων οὐκ ὀλίγων ἐγκεκαυμένων ἐπιβρέξας τὴν κεφαλήν. ἄμεινον γάρ ἐστιν αὐτοὺς πρώτως ὧν λέγουσι πειραθέντας οὕτως ἡμῖν τε συμβουλεύειν ἔν τε ταῖς βίβλοις ἀναγράφειν.

Κεφ. ί. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως, καίτοι φυλαττόμενος ἀντιλογίας ἅψασθαι, πρὸς τῆς ἀναισχυντίας αὐτῶν ἠναγκάσθην. αὖθις οὖν ἐπάνειμι πάλιν ἐφ' ὅπερ ἐξ ἀρχῆς προὐθέμην, ὡς τῇ πείρᾳ κριτέον ἐστὶ τὰς τῶν φαρμάκων

rientia medicamenti affectum cognofcere. Imo facilius, puto, fuerat refrigeratum eo uti, caput perfundendo auribusque inftillando, ac naribus infundendo, totamque adeo frontem perfricando, quemadmodum amaracino, irino, caeterisque ejus generis unguentis calidis uti affuevimus, quum non mediocriter quidem fecundum eum calefaciat oxyrhodinon, ex duobus calidiffimis fcilicet confectum medicamentis. Caeterum fi Herodotus eo uti aufus non eft, aequum arbitror, ut qui nunc vivunt, ejus in fefe periculum faciant, ubi aut algent aut aeftu laborant, velut nos faepe in nobismetipfis experti fumus, aliorumque complurium aeftuantium caput perfudimus. Praeftat enim ipfos prius in fefe quae proferunt expertos, ita denique ea nobis confulere ac litteris pofteritati prodere.

Cap. X. Verum enimvero tametfi contradicere nemini ftatueram, tamen nefcio quo pacto huc illorum me impudentia adegerit. Rurfum itaque redeo ad id quod ab initio propofueram, nempe experientia judicandas medica-

Ed. Chart. XIII. [65.] Ed. Baf. II. (32. 33.)

δυνάμεις, ἐπί τε τῶν ὑγιαινόντων ἀμέμπτως χρώμενον ἐπί τε τῶν νοσούντων ἁπλᾶς ὡς ἔνι μάλιστα νόσους ἤτοι θερμὰς, ἢ ψυχρὰς, ἢ ξηρὰς, ἢ ὑγράς. οὕτω γάρ σοι κρίνοντι τὸ μὲν ἔλαιον οὔτε θερμὸν οὔτε ψυχρὸν ὡς πρὸς ἄνθρωπον εὔκρατον ἐρεθήσεται, τὸ δὲ ῥόδινον ἤδη μέν πω ψυχρότερον, οὐ μὴν ἰσχυρῶς γε ψυχρὸν, ἀλλ᾽ ὡς ὀνομάζειν εἴωθα τῆς πρώτης τῶν ψυχόντων ἀποστάσεώς τε καὶ τάξεως. ὥσπερ γὰρ ὕδωρ, εἰ τύχοι, τὸ μὲν ἀκριβῶς ἐστιν εὔκρατον, τὸ δ᾽ ἤτοι θερμότερον ἢ ψυχρότερον, οὐ μὴν ἤδη γέ πως θερμὸν ἢ ψυ(33)χρὸν ἀπολελυμένως εἰπεῖν, οὕτω κἀν τοῖς φαρμάκοις ἔλαιον μὲν ἐκ τῆς μέσης ὑπάρχει κράσεως, ὁ δὲ τῶν ῥόδων χυλὸς ἐκ τῆς ψυχροτέρας μὲν, ἀλλ᾽ οὐ πολλῷ τινι κατὰ τὴν χλιαρὰν, ὡς εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν, ὑπάρχων θερμασίαν. ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς ἐστιν αὐτῷ τάξεως τὸ καλούμενον λινόσπερμον ὅσον ἐπὶ τῷ χλιαρῷ τῆς θερμασίας, ἀλλὰ τῷ παχυμερὲς ὑπάρχειν οὐκ ὀλίγῳ δή τινι παραλλάττεται. λεπτομερὴς γὰρ ἀκριβῶς ἐστιν ὁ τῶν ῥόδων χυλὸς, ὡς δηλοῖ

mentorum facultates, idque tum in iis, qui inculpata sanitate fruuntur, illis utendo, tum in iis, qui quoad fieri licet, quam maxime simplicibus tenentur morbis, aut calidis aut frigidis aut humidis aut siccis. Ita enim si judicaveris, oleum neque calidum neque frigidum, ut ad hominem temperatum, invenies, rosaceum vero aliquatenus jam eo frigidius, non autem vehementer frigidum, verum, ut ego nominare consuevi, in primo recessu et ordine refrigerantium. Nam ut aqua, verbi causa, alia ad unguem temperata est, alia aut calidior aut frigidior, non adeo tamen, ut possis extreme frigidam aut calidam dicere, ita in medicamentis quoque oleum quidem ex media existit temperie, at rosarum succus ex frigidiore quidem, sed non ita multo, verum caloris est, ut diximus, tepidi. Ejusdem cum illo ordinis est, quod ad calorem tepidum attinet, linospermon quod vocant: verum essentiae suae crassitie non parvo discrimine ab illius natura recedit, quum rosarum succus exquisite tenuis sit essentiae, cui rei indicio est, quod celer-

τό τε ξηραίνεσθαι ῥᾳδίως αὐτὸν καὶ τὸ μηδεμιᾶς μετέχειν γλισχρότητος [66] καὶ τὸ τὰς τῶν ἄλλως μύρων ἐκλύειν ὀσμάς· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἑτέρῳ τινὶ φαίνεται ποιεῖν ἢ τῷ φθάνειν ἐμπιπλάναι τοὺς ὀσφρητικοὺς πόρους. ἐπειδὴ γὰρ μελλόντων διϊέναι καὶ διαδύεσθαι τῶν ἄλλων αὐτοὺς προκαταλαμβάνει τε καὶ πληροῖ. ἔστι δὲ καὶ τὸ χαμαίμηλον, ὅσον μὲν ἐπὶ λεπτομερείᾳ, ῥόδῳ παραπλήσιον, ὅσον δ' ἐπὶ θερμότητι, τῆς ἐλαίου μᾶλλον δυνάμεως, οἰκείας τε τῷ ζώῳ καὶ συμμέτρου, διὸ καὶ κόπου ἀρωγόν ἐστιν εἴπερ τι καὶ ἄλλο καὶ ἀλγημάτων πραϋντικὸν, ἀνίησί τε καὶ χαλᾷ τὰ τεταμένα καὶ μαλάττει τὰ μετρίως σκληρὰ καὶ ἀραιοῖ τὰ πεπυκνωμένα. καὶ πυρετῶν, ὁπόσοι χωρὶς σπλάγχνου φλεγμονῆς ἐνοχλοῦσι, λυτικὸν ὑπάρχει, καὶ τούτων μάλιστα τῶν ἐπὶ χολώδεσι χυμοῖς ἢ πυκνώσει δέρματος συνισταμένων. ταύτῃ τοι καὶ τῶν Αἰγυπτίων τοῖς σοφωτάτοις ἡλίῳ τε καθιέρωται καὶ πυρετῶν ἁπάντων ἴαμα νενόμισται. ἀλλὰ ἐν τούτῳ μὲν οὐκ ἀληθεύουσιν. μόνον γὰρ ὧν εἴρηκα πυρετῶν ἐστιν ἴαμα καὶ τούτων ἤδη πεττομένων. ὀνίνησι μέντοι καλῶς καὶ τοὺς

rime areſcat, nec quicquam obtineat viſcoſitatis, tum caeterorum unguentorum odores exolvat. Neque enim alia re efficere id videtur quam quod odoratus meatus opplere praeoccupet: nam quum tranſire ac penetrare illa cunctantur, ante ipſe occupat atque illos implet. Eſt et chamaemelum tenuitate quidem roſae perſimile, calore vero ad olei vires magis accedens, homini tum familiares tum temperatas. Quapropter laſſitudini ut ſi qui aliud cum primis confert doloresque mitigat: praeterea tenſa remittit et laxat: quaeque mediocriter dura ſunt emollit, quaeque conſtipata rarefacit. At haec febres quae citra viſceris alicujus inflammationem infeſtant ſolvit: ac praeſertim quae ex humoribus bilioſis aut cutis denſitate proveniunt. Qua de re et ab Aegyptiorum ſapientiſſimis ſoli conſecratum eſt, febriumque omnium putatur remedium. Verum hac quidem in re a veritate aberrant. Solas enim quas dixi febres ſanare poteſt easque percoctas, licet ſane pulchre etiam reli-

ἄλλους ἅπαντας, ὅσοι τε μελαγχολικοὶ καὶ ὅσοι φλεγματώδεις εἰσὶ καὶ σπλάγχνου φλεγμονῆς ἔκγονοι. καὶ γὰρ καὶ τούτων ἴαμα γενναιότατόν ἐστιν τὸ χαμαίμηλον, ὅταν ἤδη πεττομένοις προσφέρηται, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑποχονδρίοις εὐμενὲς εἴπερ τι ἄλλο. καὶ τὸ λινόσπερμον γοῦν τοιοῦτον ὁ παλαιὸς λόγος εἶναί φησι. καὶ γάρ ἐστιν ὄντως κἀκεῖνο τοῖς καθ᾽ ὑποχόνδρια σπλάγχνοις εὐμενὲς, ἀλλ᾽ ἧττον χαμαιμήλου. καὶ γὰρ καὶ θερμὸν ἧττόν ἐστιν, ὡς εἴρηται, καὶ πρὸς τούτῳ καὶ παχυμερὲς ὑπάρχει, οὐ μὴν τό γε ῥόδον ἐγγὺς αὐτοῖς εἰς ταῦτα, καίτοι γ᾽ ὅσον ἐπί τε τὸ χλιαρὸν τῆς θερμότητος καὶ τῷ λεπτομερεῖ, χρήσιμον ἂν ἦν ἱκανῶς καὶ τοῦτο ταῖς καθ᾽ ὑποχόνδρια φλεγμοναῖς, ἀλλ᾽ ἡ συνοῦσα στύψις αὐτῷ πολλαχῇ παραβλάπτει καὶ μάλιστ᾽ ἐν οἷς εὐδόκιμόν ἐστι χαμαίμηλον, ἢ τὰ πεπυκνωμένα τῶν σωμάτων ἀραιοῦν, ἢ τὰ κατεσκληρυμμένα μαλάττον, ἢ τὰ τεταμένα χαλῶν. εἰς γὰρ τὰ τοιαῦτα πάντα πολέμιον ἡ στύψις. εἰς μέντοι τὰς ἀναβάσεις τε καὶ αὐξήσεις τῶν φλεγμονῶν καὶ μάλιστα

iis, quae fic excalefacta funt, breviffimo advenit. Porro nihil mirum eft eos, qui de colendis agris fcripferunt ob eam, quam de fua regione habebant, experientiam audacius atque inconfiderantius de vinis omnibus definiviffe. At Theophraftus atque Ariftoteles experientiam etiam ulteriorem nacti et in perfcrutandis naturae rationibus exercitatiores ac diligentius omnia diftinguentes, cum multa hujusmodi, tum vero de vinis nos docuerunt, quod fimile illis atque corporibus noftris accidat. An non enim et ipfa quoque, prout aut robufta funt aut imbecilla, ab iisdem tum juvari tum laedi confpicimus? Etenim ut exercitia valida et fol calida atque robufta corpora etiam validiora efficiunt, profternunt autem et digerunt refrigerantque quae non funt ejuscemodi, fic vina natura calida motus velut ventilans, fol excalefaciens, flammaeque juxta ardentes celerius concoquunt. Quae vero frigidiora funt et dilutiora, eorum arguunt omnia id genus imbecillitatem celeriusque perpeti cogunt quae alioqui poft paffura

ὕστερον ἔμελλε πείσεσθαι. φυλάττεται μὲν γὰρ ἕκαστον τῶν ὄντων ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως οἰκείῳ θερμῷ, διαφθείρεται δὲ πρὸς τῆς ἔξωθεν ἀμετρίας, ἤτοι θερμότητος ὀθνείᾳ ἢ ψύξεως πλεονεξίᾳ. καὶ τὸ μὲν ἀποτελούμενον ὑπ᾽ ἀμφοῖν ἓν, ὁ δὲ τρόπος αὐτοῦ τῆς γενέσεως οὐχ εἷς. ὅθεν οὐδ᾽ ὁμοίως ἅπασι τοῖς ἰδιώταις εὐφώρατος ὁ τρόπος ὅδε τῆς διαφορᾶς. ἐπειδὰν μὲν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ νικηθῇ τὸ καθέκαστον τῶν ὄντων θερμῶν, εὔδηλόν ἐστι καὶ τοῖς ἐπιτυχοῦσιν. ἐπειδὰν δ᾽ ὑπὸ τοῦ σφοδροτέρου θερμοῦ περιστάντος ἔξωθεν διαφορηθῇ, λανθάνει τοὺς ἀγυμνάστους περὶ φύσιν, οὐκ εἰδότας ὡς τὸ μὲν σύμμετρον θερμὸν ἅπασιν ὠφέλιμον ὑπάρχει, τὸ δ᾽ ἄμετρον οὐχ ἧττον τοῦ ψυχροῦ βλαβερόν.

Κεφ. ιε΄. Ἀλλὰ καθόλου μὲν τοῦτο γιγνώσκειν καλὸν, ὡς ἡ ἐν τοῖς χυμοῖς ὀξύτης ἐν τῷ μεταβάλλεσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, μὴ κρατεῖσθαι δὲ τελέως, μάλιστα ἔοικε γίγνεσθαι. τεκμήραιτο δ᾽ ἄν τις οὐχ ἥκιστα κἀν ταῖς ὀξυρεγμίαις, ὡς αὗταί γε ταῖς μὲν μηδ᾽ ὅλως ἐν τῇ γαστρὶ μεταβαλλομέναις τροφαῖς οὐχ ἕπονται, καθάπερ οὐδὲ ταῖς ἀκριβῶς πε-

essent. Quippe quum ita comparatum sit, ut res quaelibet in propria servetur natura calore proprio, corrumpatur autem ab immoderatione extrinseca, nempe caloris alieni aut frigoris abundantia. Atque quod ab utroque efficitur unum est, non tamen unus generationis modus, quare non aeque idiotis omnibus facilis cognitu est haec corruptionis ratio. Etenim ubi quid rerum calidarum a frigore devictum est, ne vulgo quidem ignotum est. At ubi a circumsistente foris calore validiore digestum ac dissipatum est, eos sane qui circa naturam exercitati non sunt, latet, ignorantes caliditatem moderatam omnibus esse utilem, immoderatam vero non minus frigiditate noxiam.

Cap. XV. Caeterum in genere hoc nosse pulchrum est, quod aciditas in saporibus nasci potissimum videtur, dum a calido quidem mutatur, ut tamen non superet, id quod ex acidis ructibus vel maxime conjicias. Nam haudquaquam, ubi nulla prorsum facta in ventre est ciborum alteratio, provenire solent, quemadmodum nec ubi optime

φθείσαις, μόναις δὲ ταῖς ἡμιπέπτοις, ὡς ἂν οὕτω τις εἴποι. καλῶ δ᾽ ἡμιπέπτους ὅσαι δεξάμεναι τὴν ὑπὸ τῆς ἐν τῇ γαστρὶ θερμότητος ἀλλοίωσιν οὐκέτι εἰς τέλος ὑπ᾽ αὐτῆς ἐκρατήθησαν. [101] οὕτως δὲ καὶ γάλα καὶ πτισάνης χυλὸς καὶ τἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν ὀξύνεται θᾶττον ἢ ἐν χειμῶνι καὶ δεῖται ψυχρῶν οἰκημάτων, ἐν οἷς ἀποκείσεται πρὸς τὸ διαμεῖναι μέχρι πλείονος. ἐξ ὧν ἁπάντων δῆλον ὡς ἐν τῷ μεταβάλλεσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, μηδέπω μέντοι κεκρατῆσθαι τελέως ἡ γένεσίς ἐστι τῆς ὀξείας ποιότητος. διὰ τοῦτο καὶ τῶν καρπῶν τοῖς πλείστοις ὑπάρχει, πρὶν πεπανθῆναι. καί πως ἔοικεν καὶ τοῦθ᾽ ὁμολογεῖν τοῖς ἐξ ἀρχῆς εἰρημένοις περὶ τῶν ὀξέων χυμῶν. εἴπερ γὰρ ὅμοιόν τι πεπόνθασι ταῖς βορείαις καταστάσεσιν, ὡς λεπτομερεῖς ὑπάρχειν ἅμα καὶ ψυχροὺς, πρόδηλον ὡς ἡ γένεσις αὐτῶν οὐκ ἄνευ θερμότητος, ὥσπερ οὐδὲ τῷ ἀέρι. καὶ διὰ τοῦτο τελέως ἡμᾶς καταψύχοντα καὶ νεκροῦν(49)τα, καθάπερ κώνειόν τε καὶ μηκώνειον, ὑοσκύαμος καὶ μανδραγόρα, ἥκιστα

concocti, fed tantum ubi femicocti, ut ita dixerim, fuerint. Voco autem femicoctos, qui a ventriculi calore alterationem perpeffi, non etiam perfecte ab eo fuperati fuerint. Sic lac, ptifanae fuccus et quaecunque ejus funt generis, tempore aeftivo citius acefcunt quam hieme, poftulantque aedes frigidas, ut in iis repofita plufculo tempore perdurent. Ex quibus omnibus patet, quod a calore mutante quidem, non tamen prorfum vincente aciditatis generetur qualitas, atque ob id plerisque ineft fructibus priusquam maturuerint, idque etiam iis quae ab initio de fapoiibus acidis diximus confentaneum videtur. Etenim fi fimile quid illis ufu venit, quod borealibus conftitutionibus accidit, ut tenuium partium fint, fimulque frigidi nafci eos haud fine calore fatis conftat, ficut nec illum ipfum aërem. Proinde quoque quae fumme nos refrigerant ac interimunt, veluti cicuta, papaveris fuccus, hyofcyamus, mandragora, minime omnium acida funt, quippe licet frigidi fint fapores acidi omnes, haud tamen eo usque refri-

ἐστιν ὀξέα. ψυχροὶ μὲν ἅπαντες οἱ ὀξεῖς χυμοὶ, οὐ μὴν εἰς τοσοῦτόν γε ψύχουσιν ὡς ἀναιρεῖν. οὐδὲ γὰρ ἂν οὐδὲ λεπτομερεῖς ὑπῆρχον, εἰ ἦσαν ἄκρως ψυχροὶ, ὥστ᾽ οὐ μόνον ὅτι ψυχρὸς ὁ ὀξὺς χυμὸς, ἀλλὰ καὶ εἰς ὅσα ψυχρὸς ἤδη πέφανται. βασανίζει δ᾽ αὐτὸν ὁποῖός τίς ἐστιν τὴν φύσιν ἐπὶ ὀξυλαπάθου καὶ ὀξαλίδος, ἣν δὴ καὶ ὀξύδα προσαγορεύουσιν. ἔστι δ᾽ αὕτη λάχανον ἄγριον, ἐν τούτοις γὰρ ἐφάνη μοι μάλιστά πως εἰλικρινὴς καὶ μόνος, οὐδεμιᾶς μετέχων στρυφνότητος, ὥσπερ οἱ τῶν δένδρων καρποί. φανερῶς γὰρ οὗτοι μετὰ στρυφνότητός τινος ἐπίμικτον ἔχουσι τὴν ὀξύτητα, καθάπερ μετὰ δριμύτητος τὸ ὄξος. τὸ μὲν οὖν ἰδίως ὀνομαζόμενον ἐν τοῖς χυμοῖς ὀξὺ μόνης τῆς γλώττης ἐστὶν αἰσθητὸν, ὥσπερ καὶ τὸ δριμύ. τὸ δὲ κοινὸν ἀμφοῖν, τὸ δακνῶδες, ἤδη καὶ τῆς ἁφῆς. ἑκατέρων δ᾽ ἐστὶν ἡ γλῶττα διγνωστική. τῶν μὲν γὰρ κοινῶν, ὡς καὶ ἄλλο τι τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων, τῶν δ᾽ ἰδίων, ὡς γεύσεως ὄργανον. καί μοι δοκεῖ τοῦτ᾽ αὐτῇ τὸ ἐξαίρετον ὑπάρχειν κατὰ τὴν οἰκειότητά τε καὶ τὴν ἀλλοτριότητα τῶν ὅλων οὐσιῶν. εἴρηται γὰρ ἤδη καὶ δέδεικται πολ-

gerant ut interficiant, non enim tenuis forent eſſentiae, ſi extreme eſſent frigidi. Itaque non modo jam quod frigidus ſit ſapor acidus, ſed et quatenus jam apparuit. Exploranda porro ejus natura eſt in oxylapatho et oxalide, quam etiam oxyda nuncupant, eſt autem haec olus ſilveſtre, in iſtis enim maxime mihi ſincerus eſt viſus ac ſimplex, nullius particeps acerbitatis, ut ſolent arborum fructus; perſpicuo enim hi cum acerbitate quadam admixtam habent aciditatem, ſicut cum acrimonia acetum. Itaque quod proprie in ſaporibus appellatur acidum, a ſola lingua percipi poteſt, ſicut et acre, caeterum quod utrique commune eſt, nempe mordacitas, etiam a tactu ſentitur. Utraque vero lingua agnoſcere eſt; nam quae communia ſunt, ſicut et reliqua corpora ſenſilia, quae vero propria, tanquam guſtus organum percipit. Idque mihi videtur illi eximium ac peculiare eſſe juxta totarum ſubſtantiarum tum proprietatem tum alienitatem. Dictum autem de-

λάκις, οὐδὲν δ' ἧττον εἰρήσεται καὶ αὖθις οἷόν τι τὸ καθ' ὅλας τὰς οὐσίας ἐνεργεῖν ἢ πάσχειν ἐστίν. ἔοικα δὲ καὶ νῦν αὐτοῦ μνημονεῦσαι εἰς ὅσον ἀρκεῖ τοῖς παροῦσιν, ἐνθένδε ποθὲν ἀρξάμενος. ἐκ τῶν δ' στοιχείων αἱ γενέσεις ἅπασι τοῖς κατὰ μέρος σώμασιν ὑπάρχουσιν, ἄνισοί τε καὶ διαφέρουσαι ταῖς μίξεσιν. ἔνια μὲν γὰρ πυρὸς ἔχει πλέον ἢ τῶν ἄλλων στοιχείων, ἔνια δὲ ὕδατος, ἄλλα δ' εἰ οὕτως ἔτυχε γῆς, ἔνια δὲ ἀέρος. ἐξ οὖν τῆς τοιαύτης ἀνισότητος αἱ τῶν κατὰ μέρος σωμάτων ἰδιότητες ἀπετελέσθησαν. ἐκ μὲν τῶν στοιχείων αὐτῶν αἱ τῶν φυτῶν, ἐκ τούτων δὲ αἱ τῶν ζώων, ὡς ἐν τοῖς περὶ στοιχείων δέδεικται λόγοις. μεταβάλλει δὲ τὰ μὲν εὐθὺς εἰς ἄλληλα, τὰ δὲ διὰ μέσων ἑτέρων, οἷον αὐτίκα ἡ γῆ μὲν εἰς πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα. τούτων δ' αὖ πάλιν ἕκαστον εἰς ἀνθρώπου σάρκα, οὐ μὴν αὐτῇ γε τῇ γῇ σαρκὶ γίνεσθαι δυνατὸν, ὑπερβάσῃ τὴν ἐν τῷ μέσῳ μεταβολήν. καὶ μέντοι καὶ τῶν εἰς ἄλληλα μεταβαλλόντων ἔνια μὲν ἑτοίμην τε καὶ διὰ ταχέων, ἔνια δὲ καὶ χαλεπὴν καὶ χρό-

monſtratumque ſaepenumero eſt, nec ſecius alias quoque repetam, quid ſit ſecundum totas ſubſtantias agere aut pati, imo vero et hactenus ejus nunc meminero, quod in rem praeſentem ſatis ſit, hinc ſumpto initio. Ex quatuor elementis particulatim corporibus omnibus conſtant generationes impares mixtura ac diverſae. Siquidem quaedam ignis quam aliorum elementorum in ſe plus continent, quaedam aquae, ſicut alia, ſi ſors ita tulit, terrae, nonnulla aëris. Et ejusmodi itaque imparitate proprietates corporum particularium ſunt perſectae, ex elementis quidem plantarum, ex his autem animalium, ſicut in libris de elementis demonſtratum eſt. Porro tranſeunt quaedam quidem protinus in ſeſe mutuo nonnulla vero mediantibus aliis, velut terra in triticum, hordeum et alia id genus, rurſum horum unumquodque in carnem humanam, quum tamen ipſa terra caro ut fiat ſit impoſſibile, eam videlicet quae in medio eſt mutationem tranſiliendo. Attamen eorum, quae in ſeſe mutuo tranſeunt, quaedam promptam celeremque, quaedam diuturnam alterationem

νιον ἔχει τὴν ἀλλοίωσιν. ὅσα μέν ἐστιν ἐγγὺς ταῖς ὁμοιότησι, ταχεῖαν ἔχει, ὅσα δὲ ποῤῥωτέρω, βραδυτέραν. ἐχρῆν οὖν, οἶμαι, γενέσθαι τι τοῖς ζώοις ὑπὸ τῆς φύσεως ὄργανον ὁμοιότητος καὶ ἀνομοιότητος τῶν οὐσιῶν διακριτικὸν, ὃ διαγιγνῶσκον τὰς φύσεις τὸ μὲν οἰκεῖον αἱρήσεται, τὸ δ' ἀλλότριον φεύξεται. τοῦτ' οὖν ἐστιν ἡ γλῶττα, τῷ περιττῷ τῆς αἰσθήσεως οὐ ψυχρῶν μόνον, ἢ θερμῶν, ἢ ξηρῶν, ἢ ὑγρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκείων τε καὶ οὐκ οἰκείων ἔχον διάγνωσιν. [102] εἰς τουτὶ γὰρ μόνον τὸ μόριον ἓξ ἐμφύονται νεῦρα. τῶν δ' ἄλλων ἕκαστον ἢ ἑνὸς ἢ δυοῖν μετείληφεν, οὐδ' οὖν οὐδὲ τούτων αὐτῶν οὕτω μεγάλων. ἐπειδὴ δὲ τὰ μὲν μᾶλλόν ἐστιν οἰκεῖα τῇ τοῦ σώματος ἡμῶν φύσει, τὰ δ' ἧττον, καὶ τὰ μὲν ἐν τῇδε τῇ συζυγίᾳ τῆς κράσεως, τὰ δ' ἐν τῇδε, πλέονες ἐξ ἀνάγκης αἱ γευσταὶ ποιότητες ἀπετελέσθησαν. ἀλλὰ τῶν μὲν τρεφόντων ἁπάντων κοινὸν τὸ γλυκύ· πᾶν γὰρ τὸ τρέφον ἢ μᾶλλον ἢ ἧττόν ἐστιν γλυκύ· τῶν δὲ μὴ τρεφόντων κοινὸν μὲν τὸ κατ' ἀπόφασιν τοῦ γλυκέος ἢ στερητικῶς ὀνομαζόμενον,

obtinent, at quae fimilitudinibus propinqua funt celerem, quae vero remotiora tardiorem. Oportebat itaque meo quidem judicio innafci animantibus organum, quod naturae fimilitudines ac diffimilitudines difcernendi poteftate polleret, quod agnofcens rerum naturas familiaria quidem eligeret, aliena vero refugeret. Ejusmodi ergo lingua eft, quae exuberanti fenfu non calida modo frigidaque, humida atque ficca, fed etiam, quae familiaria quaeque non familiaria funt agnofcit. In hanc enim duntaxat particulam fex inferuntur nervi, quum aliae omnes aut unius tantum aut duorum fint participes, nec ita magnorum tamen. Porro quum quaedam naturae noftrae magis fint familiaria, quaedam minus, ac partim in hac temperamenti conjugatione, partim in illa, neceffario plures guftus qualitates extiterunt. Caeterum omnium quae nutriunt communis dulcedo eft; nam quicquid nutrit, aut plus aut minus eft dulce. His vero quae non nutriunt commune eft id quod per negationem dulcis aut privationem fic dici-

οἷον οὐ γλυκὺ καὶ ἄλυκόν. αἱ κατὰ μέρος δὲ πλείους αἱ διαφοραὶ κατὰ λόγον ἐγένοντο, τὸ τῷ μὲν οἰκεῖον ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἓν ὑπάρχειν, ὅτι καὶ μία φύσις ἡ ἴδιος αὐτοῦ, τὰ δ' ἀλλότρια πάμπολλα, τὰ μὲν μᾶλλον ἀποκεχωρισμένα τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὰ δὲ ἧττον. ὅσα μὲν οὖν ἐστιν ἀκριβῶς ὀξέα καὶ στρυφνὰ καὶ πικρὰ καὶ ἁπλῶς ἥντινοῦν ἄλλην ἔχοντα ποιότητα παρὰ τὴν γλυκεῖαν, ἄτροφα πάντ' ἐστίν, ὥσπερ ὅσα γλυκέα μόνον, τρόφιμα πάντα, τῶν δ' ἐπιμίκτων ταῖς ποιότησιν ὅσα μὲν ἅμα γλυκέα τέ ἐστι καὶ στρυφνὰ, παχυμερέστερα ταῖς οὐσίαις ἐστὶ καὶ ψυχρὰ ταῖς κράσεσιν, ὥσπερ καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν· ὅσα δ' ὀξέα τε ἅμα καὶ γλυκέα, λεπτομερέστερα μὲν ἢ τὰ στρυφνὰ, ψύχει δ' αὖ καὶ αὐτά. καὶ δὴ καὶ τὰ μὲν πικρὰ θερμὰ, τὰ δὲ δριμέα καὶ τούτων ἔτι θερμότερα. τρέφει δ' οὖν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα μετὰ γλυκύτητος. αὐτὸ δὲ καθ' ἑαυτὸ τῶν εἰρημένων οὐδὲν ἱκανὸν τρέφειν ἐστίν. ἐπίμικτα δὲ γίγνεται κατὰ τρόπον διττὸν, ἢ ἀνομοιομερῆ ταῖς οὐσίαις ὑπάρχοντα καὶ διαφερούσας κατὰ τὰ μόρια ποιότητας

tur, velut non dulce et indulce. Particulares autem differentiae complures merito evaserunt, quia id, quod cuique rerum familiare est, unum est, nempe quia et natura ejus familiaris una, aliena vero plurima, partim plus partim minus a substantia ejus dissidentia. Quae itaque summe acida sunt, acerba, aut amara, aut simpliciter aliam quamvis qualitatem praeter dulcem sortita sunt, ea omnia nutrire nequeunt, sicut quae solum dulcia sunt omnia nutriunt. Inter ea autem, quae mixta sunt, quotquot dulcia simul et acerba sunt, et crassioris sunt essentiae et temperiei frigidae, velut paulo ante ostendimus. Quotquot vero acida simul ac dulcia tenuiora quidem sunt quam acerba, sed et ipsa tamen refrigerant. Quin etiam amara quidem calida sunt, sed acria his etiam calidiora. Nutriunt ergo haec omnia, si junctam habeant dulcedinem, caeterum per se dictorum nullum ut nutriat satis est. Porro duplici ratione mixta esse assolent, nempe ut dissimilaria sint et diversas habeant qualitates in diversis partibus, aut simpli-

ἔχοντα, ἢ ἁπλᾶ μὲν ὄντα καὶ ὁμοιομερῆ, κατὰ δὲ τὴν εἰς ἄλληλα τῶν πολὺ διαφερόντων γιγνόμενα μεταβολήν. οὔτε γὰρ τὸ μέλι ἐξαίφνης γίγνεται πικρὸν, ἀλλ' εἴθ' ἑψόμενον ἐπὶ πλέον, εἴτε παλαιούμενον, εἰς πικρότητα μεταβάλλει κατὰ βραχὺ πάσχον τὸ τοιοῦτο. οὔθ' ὅσοι τῶν καρπῶν ἀποτελοῦνται γλυκεῖς, ὥσπερ ἔνιοι τῶν σικύων τε καὶ μηλοπεπόνων, οὐδ' αὐτοὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀθρόως ἀποβάλλουσι ποιότητα. κατὰ βραχὺ γὰρ ἅπασι τοῖς φύσεως ἀλλοιουμένοις αἱ μετβολαὶ συμπίπτουσι, καὶ μάλισθ' ὅταν εἰς πολὺ διαφερούσας, ἢ καὶ παντάπασιν ἐναντίας ποιότητας, ἡ ἀλλοίωσίς τε καὶ μετάστασις αὐτῶν ἀποτελῆται. ὥσπερ οὖν τὸ μὲν ἀκριβῶς γλυκὺ τρόφιμόν ἐστιν, τὸ δ' εἰλικρινῶς πικρὸν ἄτροφον, οὕτως τὸ μεταξὺ τρέφει μὲν, ἀλλ' ἧττον τοῦ γλυκέος. ὡσαύτως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἔχει ποιότητας. ἄτροφοι γάρ εἰσι πλὴν τῆς γλυκείας ἅπασαι. καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα πολὺ μᾶλλον ἄτροφά τε καὶ ἄποια πρὸς τὴν γεῦσίν εἰσιν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ γῆ καὶ τὸ ὕδωρ, ἄμφω γὰρ καὶ ταῦτα ἄποια πρὸς τὴν γεῦσίν εἰσιν καὶ ἄτροφα, καθάπερ ὁ ἀὴρ καὶ τὸ πῦρ· ὥστε καὶ κατὰ

cia et fimilaria, fed quae in mutua eorum quae multum diffident alteratione confiftant. Neque enim mel extemplo fit amarum, fed aut multa coctione aut vetuftate amaritudinem induit, nec id tamen illi nifi pedetentim accidit. Neque quotquot ex fructibus dulces ex amaris evadunt, ficut quidam cucumeres et melopepones, et ipfi repente femelque ab initio qualitatem abjiciunt; nam iis omnibus, quae a natura mutantur fenfim fiunt mutationes, potiffimum ubi in multum diffidentes, aut plane contrarias qualitates alteratio tranfitusque perficitur. Sicut ergo quod eft fumme dulce aptum efui eft, quod vero fincere amarum efui ineptum, fic quae in medio funt eorum nutriunt quidem etiam, verum minus quam dulce. Eadem ratio eft in aliis qualitatibus, nam nutrire praeter dulcem nullae omnino poffunt. At elementa multo fane etiam minus nutriunt, nullamque guftui qualitatem offerunt, proinde et terra et aqua, funt enim ambo guftui infipida, minime nutrire idonea funt, ficut nec aër nec ignis. Ita

τῶν ποιοτήτων ἐπιμιξίαν ἐκλύεται πολλάκις ἡ τῶν γλυκέων ποιότης, ὑδατώδους μὲν οὐσίας ἐπικρατούσης ἐν τοῖς τῶν ἐπιγείων σχεδὸν ἁπάντων καρποῖς. καὶ γὰρ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ κύαμοι καὶ ἐρέβινθοι καὶ τἄλλα ὅσα τοιαῦτα, διὰ ὑγρότητα κατ' ἀρχὰς ἐγγὺς ἀποίων ὄντα τὴν γεῦσιν, ἐν τῷ χρόνῳ πεπαινόμενά τε καὶ ξηραινόμενα γίνεται γλυκύτερα, γεώδους δὲ καὶ ξηρᾶς ἐν ἀχύροις καὶ χόρτῳ καὶ ἀγρώστει καὶ καλάμοις ξηροῖς καὶ ξύλοις, ὧν ἔνια πρὶν ἀποξηρανθῆναι γλυκέα τε ἡμῖν ἐστι καὶ τροφὴν τῷ σώματι δίδωσιν ἐνίοτε, οἷον ὅ τε τοῦ φοίνικος ἐγκέφαλος, οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὸ ἀνώτατον μόριον αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀγρώστεώς τε καὶ τῶν καλάμων αἱ μαλακαὶ ῥίζαι, καὶ μάλιστα τῶν κατ' Αἴγυπτον, ἤδη δὲ καὶ τῶν πλείστων δένδρων αἱ βλάσται. ὁμοιότητι μὲν γὰρ ἀεὶ τῇ πρὸς τὸ τρεφόμενον γλυκὺ φαίνεται το τρέφον, ἀνομοιότητι δ' οὐ γλυκύ. [103] πολλῶν δ' οὐσῶν ἀνομοιοτήτων πολλὰς ἀναγκαῖον ἐν τῷδε καὶ τὰς μὴ γλυκείας γίγνεσθαι ποιότητας, ἃς ἑρμηνεῦσαι μὲν ἀμήχανον, ἀναμνῆσαι δ' ἐγχωρεῖ, πάντων ἀνθρώπων ἀκριβῶς εἰδότων, ἑτέραν μὲν τὴν ἐκ τῶν στρυφ-

que pro horum admixtione dulcium saepe qualitas exolvitur, aquea fere essentia in terrestrium plantarum prope omnium fructibus superante, nam triticum, hordeum, fabae, cicer et quae ejus sunt generis, quum propter humiditatem principio qualitatum prope expertia sint, temporis successu maturata ac siccata dulciora evadunt, terrestri vero et sicca in paleis, foeno, gramine et arundinibus siccis et lignis. Quorum tamen quaedam priusquam aruerint, dulcia nobis sunt, nutrimentumque interdum corpori exhibent, velut palmae cerebrum; sic enim nominant summam ejus particulam et gramen et molles malvarum radices, maxime quae in Aegypto proveniunt, ad haec plerarumque arborum germina. Siquidem quod nutrit a similitudine, quae illi est ad id quod nutritur, dulce apparet, dissimilitudine vero non dulce. Porro multae quum sint dissimilitudines, multas proinde necesse est qualitates esse non dulces, quas verbis quidem afferri est impossibile, attamen memoriam earum movere suggerereque quodam-

Ed. Chart. XIII. [103.] Ed. Baf. II. (49. 50.)

γῶν αἴσθησίν τε καὶ διάθεσιν ἐν τῇ γλώττῃ γιγνομένην, ἑτέραν δὲ τὴν ἐκ τῶν ὀξέων, καὶ ἄλλην μὲν τὴν ἐκ τῶν ἁλμυρῶν, ἄλλην δὲ τὴν ἐκ τῶν πικρῶν.

Κεφ. ιστ΄. Ὥσπερ οὖν ὅσα τῶν ἐδεσμάτων ὁμοιότατα ταῖς τῶν τρεφομένων ὑπάρχει φύσεσιν, γλυκύτητά τ᾽ ἐμφαίνεται καὶ σκευασίας οὐδεμιᾶς προσδεῖται, κατὰ τὸν αὐτὸν (50) τρόπον ὅσα ποῤῥώτερα τὴν κρᾶσίν ἐστιν τὰ μὲν ἡδυσμάτων, τὰ δὲ καὶ συναμφοτέρων προσδεῖται, καὶ οὐδέν γε θαυμαστὸν αὐτῶν τῶν ἡδυσμάτων μηδὲν ἐδώδιμον ὑπάρχον εἰς ἡδονὴν συντελεῖν τῷ δι᾽ ἑαυτοῦ σκευασθέντι. δυοῖν γὰρ ἀμέτροιν συνελθόντοιν ἐγχωρεῖ τὸ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν σύμμετρον ἀποτελεσθῆναι καὶ διὰ τοῦτο γλυκὺ φανῆναι, τῶν ἀμέτρων οὐκ ὄντων τοιούτων. ὅταν δὲ δὴ καὶ δι᾽ ἑψήσεως ἢ ὀπτήσεως ἢ ὅλως ὑπὸ θερμοῦ τινος ἡ σκευασία γίνηται τῶν ἐδεσμάτων, οὐδὲν οὔτ᾽ ἄπορον οὔτ᾽ ἄλογον ἃ πρότερον οὐκ ἦν ἡδέα γενέσθαι νῦν ἥδιστα. φαίνεται γὰρ ἡ τοῦ θερμοῦ φύσις οἷς ἂν ὁμιλήσῃ ταχέως ἀλλοιοῦν αὐτὰ καὶ μεταβάλλειν

modo licet, quum omnes homines certiffime norint alium fieri in lingua fenfum atque affectum ab acerbis, alium ab acidis et alium a falfis aliumque ab amaris.

Cap. XVI. Itaque quemadmodum edulia, quaecunque nutriendorum naturae fimillima funt, ea et dulcedinem fummam prae fe ferunt, nec ullam praeparationem poftulant, fic quae temperiem nacta funt remotiorem alia condimentis, alia coctione, alia utroque indigent. Nec vero mirum eft, quum condimentorum nullum edendo fit, ad fuavitatem tamen iis conferre quae per ipfa praeparantur, quippe quum fieri poffit ut immoderatis duobus coëuntibus, id quod ex ambobus mixtum fit commoderatum evadat, ac proinde quoque dulce appareat, quum immoderata minime fint talia. Poftea vero quam et per elixationem et per affationem et omnino per calidum quiddam praeparatio fit ciborum, nihil etiam abfurdum eft aut ambiguum, quae prius non erant fuavia tunc fieri fuaviffima. Apparet enim calidi natura quibus admota fuerit ea

εἰς ἕτερον εἶδος, ὥστ' οὐκέτι οὐδὲ τοῦτ' ἄπορον, εἰ τινὰ μὲν ἡδίω, τινὰ δὲ ἀηδέστερα γίνεται τῷ πυρὶ πλησιάζοντα, καὶ τινὰ μὲν ἐλαχίστῳ χρόνῳ, τινὰ δ' ἐπὶ πλεῖστον ἑψηθῆναι χρήζῃ. τὰ μὲν γὰρ ὁμοιότατα ταῖς κράσεσι τῶν τρεφομένων σωμάτων χωρὶς ἑψήσεώς τε καὶ σκευασίας ἤδη φαίνεται γλυκέα, τὰ δ' ἀνόμοια πάντα μὲν ἀηδῆ, πρὶν σκευασθῆναι. δεῖται δὲ τὰ μὲν ὑπέρθερμα τῷ ψυχρῷ κολασθῆναι, τὰ δ' ἱκανῶς ψυχρὰ ταῖς τε τῶν θερμῶν ἐδεσμάτων μίξεσιν καὶ πυρί. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑγρότητι μὲν ὅσα γεώδη καὶ ξηρὰ, ξηρότητι δὲ τὰ πλέον ἢ προσῆκεν ὑδατώδη τε καὶ ὑγρά. τὰς μὲν οὖν ξηρότητας αἱ τῶν ὑγρῶν ἐπιμιξίαι, τὰς δὲ ὑγρότητας αἱ τῶν ξηρῶν καὶ τὸ πῦρ ἐπανορθοῦται. μεγίστη δὲ τοῦ λεγομένου πίστις ἡ κατὰ τὸ στόμα γιγνομένη μεταβολή. τοῖς γοῦν ἐπὶ πλέον ἀσιτήσασιν ἁλυκὸν φαίνεται τὸ πτύελον, εἰ δ' ἐπὶ πλεῖστον, οὐχ ἁλυκὸν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ πικρόν. οὕτω δὲ καὶ πᾶν ἐκχολοῦται τὸ σῶμα, καὶ εἴπερ ἦν αἰσθητικὸν ἅπαν ὁμοίως τῇ γλώττῃ, καὶ τῆς ἁλυκότητος

celeriter alterare atque in aliam fpeciem mutare. Quocirca nec id quoque dubium eft, quaedam fuaviora, quaedam vero infuaviora effici igni applicata, tum quaedam tempore minimo, quaedam plurimo coqui debere. Etenim quae nutriendorum corporum temperamentis fimillima funt, ea vel citra coctionem aut praeparationem jam dulcia apparent, quae vero diffimilia funt omnia infuavia funt antequam praeparentur. Porro quae nimis quam calida funt frigido corrigi debent, quae vero multum frigida calidorum mixtura ciborum et igni; ad eundem modum humiditate quae terrea funt et ficca, ficcitate quae plus quam conveniat aquea funt et humida. Siccitates ergo humidorum admixtio, humiditates vero ficcorum mixtura ignisque emendant. Maximam rei dictae fidem affert quae in ore fit mutatio. Nam qui plufculum fuftinuerunt jejunium, iis faliva falfa redditur, qui vero plurimum, non falfa modo, fed et amara; fic etiam corpus univerfum biliofum habitum contrahit, ac fi perinde ut lingua fenfu

ἂν, οἶμαι, τῆς ἐν αὐτῷ ῥᾳδίως ᾐσθάνετο καὶ τῆς πικρότητος, ἔτι τε πρὸς τούτῳ καὶ αὐτῆς τῆς γλυκύτητος, ὑπαρχούσης γε ἀεὶ τῷ κατὰ φύσιν αἵματι. νυνὶ δὲ ἐπειδὰν ἤτοι ῥαγέντος ἢ ἀναστομωθέντος ἀγγείου τινὸς ἀθρόον τε καὶ θερμὸν αἷμα κατὰ τῆς γλώττης ἐκχυθῇ, φαίνεται γλυκύτατον, ὅταν, ὡς εἴρηται, κατὰ φύσιν ἔχῃ. ἐπεὶ τό γε νενοσηκὸς πικρὸν ἢ ἁλυκόν ἐστιν, ἤ τινα τοιαύτην ἑτέραν ἐμφαίνει ποιότητα, τὸ μέντοι καθ᾽ ὅλον τοῦ ζώου τὸ σῶμα λανθάνει, καθάπερ αἱ χολαὶ καὶ τὸ φλέγμα. καίτοι τῶν χολῶν ἡ μὲν ἀεὶ πικρὰ φαίνεται, κἂν μικρῷ μορίῳ ψαύσῃ τῆς γλώττης, ἡ μέλαινα δ᾽ ὀξεῖα. καὶ τοῦ φλέγματος καὶ τῇ γλώττῃ πλησιάζοντος τὸ μὲν γλυκὺ, τὸ δὲ ὀξὺ, τὸ δὲ ἁλμυρὸν ἐναργῶς ἐφάνη πολλάκις, ἄδηλον ὑπάρχον καὶ τοῦτο καθ᾽ ὅλον τὸ ζῶον.

Κεφ. ιζ. [104] Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲ διὰ τί τὸ γλυκύτατον ἁπάντων μέλι τὸν πικρότατον γεννᾷ χυμὸν καὶ διὰ τί μάλιστα τοῖς ἀκμάζουσί τε καὶ φύσει θερμοῖς καὶ πυρέττουσιν. ὡς γὰρ κἀκτὸς ἐπὶ πλέον ὁμιλῆσαν τῷ

polleret, falcedinem quoque quae in ipfo eft atque amaritudinem perfacile, reor, perciperet, ad haec etiam ipfam dulcedinem quae naturali ineft fanguini. At nunc ubi vafe quopiam aut rupto aut aperto affatim calidus fanguis in linguam effunditur dulciffimus apparet, utique fi fecundum naturam, ut dictum eft, habuerit; nam morbidus amarus aut falfus eft, aliamve ejus generis qualitatem prae fe fert. At qui in toto eft corpore nos fugit, non aliter quam aut bilis aut pituita, quamquam et bilis quidem flava vel minima quapiam parte linguam contingens perpetuo amara appareat, atra vero acida. Porro ubi pituita linguam attingit, partim quidem dulcis, partim acida, partim falfa faepe eft manifefto vifa; quum et ipfa in toto animali incognita fit.

Cap. XVII. Nihil mirum igitur, neque cur rerum omnium dulciffimum mel fuccum generet amariffimum, neque cur id maxime aetate florentibus et calidis natura et febrientibus accidat. Nam ut foris, quum plufculum igni

πυρὶ πικρὸν ἀποτελεῖται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον κἀν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν, ὅταν ἀκραιφνεῖ πλησιάζῃ θερμότητι, τὸν χολώδη γεννᾷ χυμόν. ἐν δὲ ταῖς ψυχροτέραις κράσεσιν ἢ διὰ ἡλικίαν, ἢ διὰ φύσιν σώματος, ἢ διὰ νόσον, εἰς χρηστὸν καὶ σύμμετρον αἷμα μεταβάλλει ῥᾳδίως. οὐ γὰρ ὑπερθερμαινόμενον οὐδ' ἀλλοιούμενον ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς τοιούτοις σώμασιν, ἀλλ' ὅμοιόν τι τῷ μετρίως ἑψηθέντι πάσχον ἐξομοιοῦται τελέως αὐτοῖς καὶ διαφυλάττει τὴν γλυκύτητα. καὶ τί θαυμαστὸν ὑπὸ τῆς σφοδροτέρας ἐν τοῖς ζώοις θερμότητος ἢ πλείονος ἑψήσεως ἐξίστασθαι τῆς ἀρχαίας γλυκύτητος τὸ μέλι, καὶ χωρὶς τούτων ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ θερμότητος ἐν χρόνῳ πλέονι πικρὸν ἀποτελούμενον; ἐν γὰρ τῷ τάχει τῆς μεταβολῆς ἡ διαφορὰ μόνον, οὐκ ἐν τῷ πάσχειν ἕτερον πάθος ὑφ' ἑτέρας αἰτίας. καὶ γὰρ τὸ πάθος αὐτὸ καὶ τὸ μεταβάλλον αἴτιον ὄν, τὸ πάθος μὲν ἡ πικρότης, τὸ δ' αἴτιον ἡ ἀμετρία τῆς θερμότητος, ἀμετρίας δὲ τῆς εἰς ἀλλοίωσιν ἀγούσης διττῆς ὑπαρχούσης τῷ γένει, ῥώμης τοῦ πλη-

admovetur amarum efficitur, ad eundem modum et in animantium corporibus, ubi fincerum validumque nactum calorem fuerit, biliofum fuccum procreat. At in temperamentis frigidioribus, five propter aetatem five propter naturam corporis five etiam ob morbum, facile in bonum et moderatum fanguinem convertitur. Quippe quum neque nimirum in iis corporibus aut excalefiat aut alteretur, verum ei quod modice coctum fuerit fimile quiddam perpetiatur, plane illis affimilatur prorfumque fervat dulcedinem. Et quid, obfecro, miri, fi a valentiore animantis calore aut longiore coctione veterem mel dulcedinem exuat, quum etiam citra haec per fuum ipfius calorem fpatio temporis amarum evadat? Nam in mutationis duntaxat celeritate haudquaquam quod aliam perpetiatur paffionem ab alia caufa differentia confiftit, quippe et paffio eft eadem et caufa quae mutat, paffio quidem amaror, caufa vero caliditas immodica. Porro immodicum quod ad alterationem ducit duplex eft, aut enim in admoti confiftit

σιάζοντος, ἢ μήκους τοῦ χρόνου, τὴν μὲν ἑτέραν ἐξ ἡμῶν τε καὶ τοῦ πυρὸς, τὴν δ' ἑτέραν ἐξ αὐτοῦ λαμβάνει τὸ μέλι. καὶ δεόντως ἐν χρόνῳ πλείονι γίγνεται τοῦτο τὴν ἐξ αὐτοῦ, ὅτι καὶ τὸ μεταβάλλον ἀσθενέστερον. ὅπερ οὖν ὑπ' ἐλάττονος αἰτίας ἐν χρόνῳ πλείονι γίγνεται, τοῦθ' ὑπὸ μείζονος ἐν ἐλάττονι γίγνεσθαι τί θαυμαστόν; ἀλλ' οὐ τό γε γάλα, καίτοι γλυκὺ πρὸς τὴν γεῦσιν ὑπάρχον, ἐξ αὐτοῦ ποτε γίγνεται πικρόν. κρατεῖται γὰρ ἐν αὐτῷ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ μᾶλλον ἢ κρατεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ὀξύνεται κείμενον. ἐκ τριῶν μὲν γὰρ οὐσιῶν διαφερουσῶν ταῖς ποιότησι σύγκειται, καθότι καὶ πρόσθεν ἔλεγον, πρώτης μὲν τῆς παχείας, ἐξ ἧς ὁ τυρὸς γίνεται, δευτέρας δὲ τῆς λιπαρᾶς, ἐξ ἧς ὁ βούτυρος, καὶ τρίτης τῆς ὑδατώδους, ἣν ὀῤῥὸν ἐπονομάζομεν. ἀλλὰ τούτων ἡ μὲν λιπαρὰ μάλιστα εὔκρατος, ἡ δὲ παχεῖα μικρὸν ταύτης ἀποδέουσα. τὸ δ' ὀῤῥῶδες περίττωμα ψυχρόν τ' ἐστὶ καὶ ὑγρὸν, ὥστε τὸ μὲν σύμπαν γάλα τοῦ συμμέτρου τῇ θερμότητι σώματος ἀπολείπεσθαι συχνῷ, καὶ διὰ τοῦτο εἰς ὀξύτητα μεταβάλλει ἐξ ἑαυτοῦ μᾶλλον ἢ πι-

robore, aut in temporis diuturnitate, alterum ex nobis et igni, alterum ex se ipso mel accipit. Et merito sane tempore majore id fit ex ipso, siquidem quod mutat imbecillius est. Ergo quod a minore causa longiori fit tempore, quid mirum est a majore breviori perfici? Caeterum lac etsi gustu sit dulce, tamen ex sese nunquam amarum efficitur, vincitur enim in eo a frigore magis caliditas quam ipsa vincat, proinde etiam repositum acescit. Ex tribus enim substantiis qualitate diffidentibus, velut supra quoque dictum est constat, prima quidem crassa, ex qua caseus conficitur, altera pinguis, ex qua butyrum, et tertia aquea, quod serum nuncupamus. Verum ex hisce pinguis quidem vel maxime temperata est, crassa vero paulum ab ea declinat, at excrementum illud serosum et frigidum et humidum est. Quare lac universum a modicae caliditatis corpore longo intervallo relinquitur, quapropter ex se acescit potius quam amarescit. Ac si gustari posset,

κρότητα. καὶ εἴπερ οἷόν τε ἦν αὐτοῦ γεύσασθαι πεφθέντος ἔν τε τῇ γαστρὶ καὶ κατὰ τὰς φλέβας, εὑρίσκοιτο ἂν, οἶμαι, γλυκύτερον μέλιτος. ὃ γὰρ ἔξωθεν ἔχει καὶ παρ᾽ ἑαυτοῦ τὸ μέλι, τοῦτ᾽ ἐν τῷ πέττεσθαι λαμβάνει τὸ γάλα. καὶ ὅταν γε θερμὸν ἱκανῶς ὑπάρχῃ τὸ τοῦ ζώου σῶμα, τοσοῦτον ἐπικτᾶται τὸ γάλα τῆς γλυκύτητος, ὅσον ἀπόλλυσι τὸ μέλι. καὶ τοῦτ᾽ εὐλόγως γίνεται. τῷ μὲν γὰρ ἄκρως γλυκεῖ, καὶ διὰ τοῦτο μηκέτ᾽ ἐγχωροῦντι προσθήκην γλυκύτητος, εἰς τὴν ἐφεξῆς ἀνάγκη μεταβάλλειν ποιότητα· τῷ δέ γε ἐνδεεῖ τὸ τέλεον ἐκ τῆς πέψεως προσγίνεται. ταῦτ᾽ ἄρα καὶ διττὰς ἀπεπτούμενον ἐν τῇ γαστρὶ τὸ γάλα τὰς ἀλλοιώσεις ἐπιδέχεται· κατὰ μὲν τὴν ψυχροτέραν κοιλίαν ὀξυνόμενον, ἐν δὲ τῇ θερμοτέρᾳ κνισῶδές τε καὶ πικρὸν ἀποτελούμενον. οὐ μὴν τό γε μέλι τὴν εἰς ὀξύτητά ποτε μεταβολὴν δέχεται ἐν τῷ πέττεσθαι· θερμότερον γάρ ἐστιν ἢ ὥστε μὴ κρατούμενον ὀξυν[105]θῆναι. δακνώδη μὲν γὰρ ἄμφω τῇ γλώττῃ, τό τε ὀξὺ καὶ τὸ πικρὸν, οὐ μὴν ὡς ἴδιον γλώττης αἴσθησις τοῦτο κέκτηται. καὶ γὰρ εἰ καὶ κατ᾽ ἄλλης σαρκὸς ἡστινοσοῦν γυμνῆς τοῦ δέρματος ἐπιβάλλοις αὐτὰ, δάκνει

ubi in ventre et per venas concoctum eſt, ipſo etiam melle dulcius inveniretur; nam quod foris et ex ſeſe mel obtinet, id dum coquitur lac accipit et quum admodum ingens in animante calor extiterit, tantam acquirit lac dulcedinem quantam mel deperdit, rectaque id ratione evenit. Etenim quod ſumme dulce eſt, ac proinde etiam nihil apponi ad ejus dulcedinem poteſt, id ut in conſequentem verti pergat qualitatem neceſſe eſt, at cui quid deeſt, id per concoctionem acquirit. Proinde ſane lac ubi cruditatem in ventre perpetitur, duplicem ſuſcipit alterationem: in frigidiore namque ventre aceſcit, in calidiore nidoroſum amarumque efficitur. Non tamen mel coquendo unquam aciditatem admittit, quippe quum calidius ſit quam ut ubi non ſuperetur aceſcat. Itaque utraque linguam mordicant, tum quod acidum eſt tum quod amarum, non tamen id tanquam proprium linguae ſenſus poſſidet, quippe ſi in aliam quamvis carnem cute ſpoliatam ipſa

Ed. Chart. XIII. [105.] Ed. Baf. II. (50. 51.)
κἀκείνην, ᾧ δῆλον ὡς τὸ δακνῶδες τῆς ἀφῆς ἴδιον αἰσθητὸν, οὐ γεύσεώς ἐστιν· καὶ μὴν καὶ τοῖς δριμέσιν ὀνομαζομένοις, οἷον πυρέθρῳ τε καὶ σκορόδῳ καὶ κρομμύῳ ὑπάρχει τὸ δάκνειν, οὐ τὴν γλῶτταν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἡμῶν σάρκα. καὶ κοινὸν ἄρα τοῦτο τὸ δάκνειν τριῶν ἐστι χυμῶν, ὀξέος, πικροῦ, δριμέος, ἀλλὰ τοῦ μὲν ὀξέος ὡς ψυχροῦ τε ἅμα καὶ λεπτομεροῦς, ἐδείχθη γὰρ τοῦτο πρόσθεν, τοῦ πικροῦ δὲ καὶ δριμέος ὡς θερμῶν.

Κεφ. ιη΄. Ὅτι μὲν οὖν ὁ πικρὸς χυμὸς θερμός ἐστιν ἀρτίως μοι δέδεικται. περὶ δὲ τοῦ δριμέος ἰδίως ὀνομαζομένου τὴν ἀρχὴν οὐδ᾽ ἀποδείξεώς ἐστι χρεία. φθάνει μὲν γὰρ ἡ ἐκ τῆς αἰσθήσεως ἐνέργεια τὴν ἐκ τοῦ λόγου πίστιν, ὥστ᾽ οὐδ᾽ ἠμφισβήτησεν οὐδεὶς ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ Πλάτων ὡς περὶ θερμοτάτου πάντων ἀποφαίνεται καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος καὶ τῶν ἰατρῶν οὐδείς ἐστιν οὔτε τῶν παλαιῶν οὔτε τῶν νεωτέρων, ὃς ἕτερόν τι γιγνώσκει. κατὰ γὰρ τὸν τῆς οὐσίας αὐτοῦ λόγον ἐστὶ τὸ θερμαί(51)νειν, ὥστ᾽ εἰ καὶ τῶν ἰδιωτῶν ὁντιναοῦν ἔροιο, τί καλεῖ δριμὺ

injeceris, et illam fane etiam mordebit. Ex quo conftat mordacitatem a tactu proprie, non a guftu fentiri. Quin et quae acria appellantur, velut pyrethrum, allium, caepa, non linguam modo mordicant, fed et omnem reliquam noftram carnem. Communisque eft mordicatio tribus iftis faporibus, acido, amaro, acri, verum acido quidem ut frigido fimul et fubtili, nam et id faepe monftratum eft, amaro vero et acri ut calidis.

Cap. XVIII. Quod itaque fapor amarus calidus fit modo oftendimus. At de acri vocato principio ne demonftratione quidem eft opus, praevenit enim fenfus evidentia rationis fidem. Quare nec quisquam de ipfo dubitaverit, imo et Plato de eo tanquam omnium calidiffimo pronunciat, tum Ariftoteles quoque et Theophraftus. Atque adeo nec veterum nec recentiorum medicorum quisquam eft, qui fecus fentiat, quippe quum excalefactio ex effentiae ejus fit ratione. Itaque fi vel ex plebe quem-

βρῶμα, φαίη ἂν, οἶμαι, τὸ θερμαῖνον ἰσχυρῶς ἐν τῷ γεύεσθαι, καθάπερ τὸ πέπερι καὶ τὸ πύρεθρον καὶ τὸ κάρδαμον καὶ τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα καὶ πάνθ᾽ ὅσα τοιαῦτα. καί μοι δοκεῖ μόνον τοῦτο τὸ γένος τῶν χυμῶν ἰδίας ἀπορήσαν προσηγορίας τῇ κοινῇ συγχρήσασθαι καθ᾽ ὑπεροχήν. ὄντος γὰρ καὶ τοῦ πικροῦ χυμοῦ καὶ τοῦ ὀξέος δριμέων ἀμφοῖν, ἐν ᾧπερ ἂν σώματι σφοδρὰν εὑρίσκομεν τὴν δριμύτητα, κἂν μήτε πικρὸν ᾖ κἂν μήτε ὀξὺ, δριμὺ προσαγορεύειν εἰθίσμεθα, καίτοι πολλῶν ὄντων κατ᾽ εἶδος τῶν τοιούτων σωμάτων. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἐδώδιμα, τὰ δ᾽ οὔ. τὰ μὲν οὖν ἐδώδιμα γλυκεῖαν ἐξ ἀνάγκης ἔχει τινὰ μεμιγμένην ἀμυδρὰν ποιότητα. καὶ διὰ τοῦτο πολλοῖς ἐξ αὐτῶν ὡς ὄψῳ χρώμεθα, πολλοῖς δ᾽ ὡς ἡδύσματι μόνῳ. ὡς σιτίοις μὲν γὰρ αὐτῶν οὐδενὶ, διὰ τὸ σφοδρὸν τῆς δυνάμεως. τῶν δ᾽ οὐκ ἐσθιομένων τὰ μέν ἐστι θανάσιμα, τὰ δ᾽ ἁπλῶς φάρμακα, πάντα δ᾽ οὖν ἐπιτιθέμενα κατὰ τοῦ δέρματος ἡμῶν ἕλκος ἐργάζεται ῥᾳδίως. ἐμφαίνει δὲ καὶ τούτων ἔνια

piam roges, quid vocet edulium acre, dixerit ſane, puto, quod fortiter dum guſtatur excalefacit, velut piper, pyrethrum, naſturtium, allium, caepa et id genus omnia, videturque id adeo ſaporum genus, cum appellatione careret propria, communi per excellentiam uſum. Nam quum et ſapor amarus et ſapor acidus ambo etiam acres ſint, in quocunque tamen corpore vehementem comperimus acrimoniam, tametſi neque amarum ſit neque acidum, acre appellare conſuevimus, quamquam multa in ſpecie ſint corpora ejusmodi, alia enim edi poſſunt, alia eſui ſunt inepta. Ea igitur quae idonea ſunt eſui dulcem quandam ſaltem obſcuram admixtam habeant qualitatem neceſſe eſt; proinde multis ipſorum pro opſonio utimur, multis vero ut condimentis tantum, at ut cibo ipſorum omnino nullo, idque ob virium vehementiam. Porro eorum quae non eduntur alia mortifera ſunt, alia ſimpliciter medicamenta, omnia ſaltem cuti noſtrae impoſita ulcus celeriter moliuntur. Quin et horum quoque nonnulla

πικρὰν ποιότητα, ὥσπερ τῶν ἐδωδίμων οὐκ ὀλίγα γλυκεῖαν, οὐ μὴν ὀνομάζεταί γε πικρὰ, διότι βραχεῖα μὲν αὕτη καὶ ἀσθενής ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ἰσχυρὰ δὲ ἡ τῆς δριμύτητος. ἐνίων δ' οὐδὲ γεύσασθαι τολμῶμεν, οἷον ἤτοι θαψίας, ἢ κανθαρίδων, ἤ τινος ἑτέρου τῶν κατὰ διάβρωσιν ἢ σῆψιν ἀναιρούντων· ἀλλ' ἔστι καὶ τούτων εἰκάσαι δριμεῖαν εἶναι τὴν γεῦσιν ἐξ ὧν ἐργάζεται περὶ τὸ σύμπαν σῶμα. πολλὰ δὲ καὶ ταῖς ὀσμαῖς εὐθύς ἐστιν ἀλλόκοτα καὶ σαφῶς ἐνδεικνύμενα τὴν πρὸς ἄνθρωπον ἐναντιότητα, καθάπερ αὐτά γε ταῦτα τὰ προειρημένα, καὶ ὁ τοῦ κωνείου καὶ ὁ τοῦ μήκωνος, ἔτι τε μανδραγόρου καὶ ὑοσκυάμου χυλός. καὶ γὰρ δὴ νῦν ἐθεασάμεθα ἔναγχος βοτάνης χυλὸν, ὃν ἑκατόνταρχός τις ἐκ τῆς πρὸς Αἴγυπτον βαρβάρου χώρας ἐκόμισεν. οὕτως δ' ἦν βαρὺς καὶ ἀηδὴς τὴν ὀσμὴν ὡς μηδὲ γεύεσθαι τολμᾷν, ἀλλ' εἰκάζειν θανάσιμον ὑπάρχειν· ἐχρῆτο δ' αὐτῷ πρὸς τὰς ἀρθριτικὰς ὀδύνας ἀκμαζούσας, καὶ σαφῶς ἐδόκει καὶ αὐτοῖς τοῖς κάμνουσιν ψυκτικὴν ἔχειν τὴν δύναμιν. [106] ἔστι δ' ὑπόξανθος μὲν τὴν χρόαν, οὕτως δὲ βαρὺς κατὰ τὴν ὀσμὴν ὡς

qualitatem quandam amaram prae fe ferunt, quemadmodum efculentorum quaedam dulcem; non tamen vocantur amara, quandoquidem haec in eis levis eft et infirma, valida autem vis acrimoniae. Sunt et quae ne guftare quidem audeas, cujusmodi eft vel thapfia vel cantharides vel aliquod aliud eorum quae erofione aut putrefactione interimunt, fed et horum guftum effe acrem ex iis conjicere licet quae in toto agunt corpore. Multa vero etiam ipfo ftatim odore aliena funt, planeque pugnantiam eum homine indicant, velut et haec ipfa quae nunc dicta funt et cicutae, papaveris, mandragorae et hyofcyami fuccus. Quin et nuper quoque herbam quandam confpeximus, quam centurio quidam ex barbarica circa Aegyptum regione comportaverat, odore adeo gravi adeoque inamoeno, ut ne guftare quidem auderem, fed lethalem effe conjicerem. Utebatur autem ad urgentes articulorum dolores, atque ipfis etiam laborantibus refrigerandi pollere facultate eft vifa. Eft autem colore fubflavo, odore tam gravi quam cicuta,

τοῦ κωνείου, πλὴν ὅσα βραχείας ἀρωματιζούσης τινὸς εὐωδίας προσβάλλει. τὸ δ' ὄνομα τῆς βοτάνης ἐξ ἧς ὁ χυλὸς γίγνεται λυκοπέρσιον ἔφασκεν εἶναι. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν δηλητηρίων φαρμάκων αὖθις εἰρήσεται. τοὺς δὲ δριμεῖς ἅπαντας χυμοὺς, περὶ τούτων γὰρ ἦν ὁ λόγος, ἄκρως θερμοὺς χρὴ γινώσκειν ὄντας. ἐφεξῆς δ' αὐτῶν τοὺς πικροὺς, εἶτα τούτων ἑξῆς τοὺς γλυκεῖς. ἐν ἅπασι δ' αὐτοῖς ἱκανοῦ τοῦ πλάτους ὑπάρχοντος, ὁ μὲν μᾶλλον δριμὺς καὶ πικρὸς καὶ γλυκὺς μᾶλλον δηλονότι καὶ θερμός ἐστιν, ὁ δ' ἧττον εἰς τοσοῦτον ἀπολείπεται θερμότητος, εἰς ὅσον καὶ τῆς ἀκριβοῦς κατὰ τὴν γεῦσιν ποιότητος. ὅρος δὲ τοῦ μὲν πικροῦ χυμοῦ τὸ ῥύπτειν ἐστὶν, τοῦ δὲ δριμέος τὸ καίειν, τοῦ δὲ γλυκέος τὸ τρέφειν, ὅταν γε τελέως ἔχωσι κατὰ τὴν ἑαυτῶν ἕκαστον φύσιν, τουτέστιν ὅταν ὡς οἷόν τε μάλιστα ὑπάρχωσιν ἑτέραις ποιότησιν ἄμικτοι, οἷον ὁ πικρὸς ἔστι μὲν πάντως θερμὸς, ἀλλ' ὁ μὲν ἄρτι γενόμενος ἐκ τῆς τοῦ γλυκέος μεταβολῆς ἧττόν τε πικρός ἐστι καὶ ἧττον θερμὸς, ὁ δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἐξηλλαγμένος ἐσχάτως τε πι-

nisi quod levem quandam instar aromatum odoris adferat gratiam. Nomen herbae ex qua succus hic exprimitur, lycopersium esse dicebat. Verum de facultatibus deleteriis rursus tractabitur. Scire autem oportet, acres sapores omnes, nam de istis agebatur, summe esse calidos, ac deinceps post illos esse amaros, deinde vero dulces. Quum vero in omnibus ampla sit latitudo, is, qui magis aut acris aut amarus aut dulcis est, magis quoque est calidus, qui vero minus, tantum amittit caloris quantum abest ab exacta gustus qualitate. Terminus autem seu finis saporis amari est abstergere, acris vero urere, at dulcis nutrire, ubi videlicet in sua quisque natura absolutus fuerit, hoc est, ubi quoad fieri possit minime alienis permixti sint qualitatibus; velut amarus prorsum quidem est calidus, verum qui modo admodum ex dulci mutatione natus est, et minus amarus est et minus calidus, at qui jam diu mutatus est, summe amarus est et proxime ad

κρός ἐστι καὶ ἤδη πλησίον ἥκει τοῦ δριμέος, ὡς μὴ ῥύπτειν ἔτι μόνον, ἀλλὰ καὶ διαβιβρώσκειν καὶ δάκνειν, οἷον ἀριστολοχία μὲν καὶ ἶρις καὶ πάναξ αὐτὸ τοῦτο μόνον, ἀποῤῥύπτουσί τε καὶ καθαροποιοῦσι τὰ ἕλκη. ἀγρία δὲ σταφὶς οὐδὲν μὲν ἧττον τούτων δριμεῖά ἐστιν, εἰ μὴ ἄρα καὶ μᾶλλόν ἐστι πικρά· δριμεῖα γὰρ ἤδη καὶ μάλα καὶ θερμὴ σφοδρῶς, ὅθεν οὐδὲ τὸν ῥύπον ἀφαιρεῖ τῶν ἑλκῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν κατατήκειν πέφυκε τὴν σάρκα. τοιοῦτο δέ τι καὶ τοῦ σώματος εἴσω λαμβανόμενοι πεφύκασι δρᾷν οἱ πικροὶ χυμοὶ πάντες, οἷόν τι καὶ κατὰ τὰ ἕλκη· ῥύπτουσί τε γὰρ καὶ διακαθαίρουσιν αὐτὰ καὶ τὴν ἐν ταῖς φλεψὶ τῶν χυμῶν παχύτητα τέμνουσιν, ὅθεν ἐπιμήνιά τε κινοῦσι καὶ ταῖς ἐκ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἀναγωγαῖς τοῦ πύου συναίρονται, καὶ ὅλως, εἴτε παχὺ φλέγμα περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς εἴτε πῦον εἴτ᾽ ἄλλο τοιοῦτο εἴη, διακαθαίρουσιν, ἐπιληψίαις τε κατὰ τοῦτο βοηθοῦσιν, ὅσοι γε μὴ δηλητήριοι τὴν φύσιν ὑπάρχουσιν. ἐκεῖνοι γὰρ ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν εἰσίν. οὕτω δὲ καὶ τοὺς πτύοντας αἷμα βλάπτειν πεφύκα-

acrem pertingit, ut non abftergat folum, fed etiam exedat et mordicet, velut ariftolochia quidem, iris et panax id modo poffunt, nempe ulcera abftergere atque expurgare. At vitis agreftis nihilo ab iftis amarore vincitur, nifi vel ipfa quoque vincat, eft enim jam etiam acris idque valde, tum multum quoque calida, ut non fordem ulceribus auferat modo, fed et ipfam quoque carnem colliquare poffit. Porro quod in ulceribus nati funt praeftare amari fapores, id ipfum in corpus affumpti efficere valent. Abftergunt enim expurgantque et quae in venis eft craffitiem incidunt. Quamobrem menfes movent educendoque ex pectore pulmoneque puri auxiliantur, et in fumma, five craffa in eis pituita five pus five aliud quippiam contineatur ejusmodi, expurgant, eaque ratione et comitiali morbo competunt, quicunque certe naturam non habent deleteriam, illi enim toto genere praeter naturam funt. Sed et iis qui fanguinem fpuunt noxii funt, quippe

σιν. τῶν στυφόντων γὰρ ἐκεῖνοι καὶ γλίσχρων, οὐ τῶν τεμνόντων καὶ διαιρούντων δέονται. ταυτὶ μὲν οὖν ἤδη πως ἅπτεται τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου.

Κεφ. ιθ'. Περὶ δὲ τῶν πικρῶν χυμῶν τῆς δυνάμεως ἀφορισάμενοι καὶ τμητικοὺς αὐτοὺς εἰπόντες εἶναι καὶ λεπτυντικοὺς καὶ ῥυπτικοὺς, καὶ δηλονότι θερμοὺς εἰς τοσοῦτον ὡς μήπω καίειν, ἐπὶ τοὺς δριμεῖς αὖθις ἴωμεν τῷ λόγῳ. καὶ πρῶτον μὲν θερμοὺς ἀκριβῶς αὐτοὺς εἴπωμεν, εἶτα διαβρωτικούς τε καὶ καυστικοὺς καὶ ἐσχαρωτικοὺς καὶ συντηκτικούς· ἐπὶ μὲν τοῦ δέρματος ἐπιτιθεμένους ἅπαντας τοὺς τοιούτους εἶναι, εἴσω δὲ τοῦ σώματος λαμβανομένους, ὅσοι μὲν ὅλαις ταῖς οὐσίαις ἐναντιώτατα διάκεινται πρός τινα ζῶα, σηπτικούς τε πάντας εἶναι καὶ δηλητηρίους ἐκείνων τῶν ζώων. ὅσοι δὲ κατὰ τὴν ἀμετρίαν τῆς θερμότητος μόνον, εἰ μὲν παχυμερεῖς καὶ γεώδεις εἶεν, ἑλκωτικοὺς τῶν ἐντὸς, εἰ δὲ λεπτομερεῖς, διουρητικούς τε καὶ ἱδρωτικοὺς, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τμητικούς τε καὶ διαφορητικούς. συναίρονται δέ τινες αὐτῶν ταῖς τε ἐκ τοῦ θώρακος ἀναπτύ-

quum isti adstringentia et viscosa, non incidentia dividentiaque exposcant. Atque haec quidem jam quadantenus curandi attingunt methodum.

Cap. XIX. Postea vero quam de saporibus amaris definivimus diximusque quod incidendi vim habeant et extenuandi, tum abstergendi ac nimirum etiam calefaciendi, hactenus tamen ut non urant, rursum ad acres orationem vertamus. Ac primum exacte ipsos calidos dicimus, deinde exedentes, urentes, crustam molientes ac denique etiam colliquantes, eosque omnes vel cuti impositos esse hujusmodi, sin intro in corpus sumantur, siquidem tota substantia animanti cuipiam summe adversentur, putrefacientes omnes deleteriosque ejus generis animantium, sin caloris duntaxat immoderatione, si crassae terreaeque sint essentiae interiora exulcerandi pollere facultate, sin tenuis, urinam movendi sudoresque ciendi vim habere, in summa autem incidendi et digerendi per halitum, ex quo genere quidam tum expuitionibus ex thorace tum mensium

σεσι [107] καὶ ταῖς τῶν καταμηνίων φοραῖς· ἀλλὰ πότε καὶ πῶς καὶ τίνι μεθόδῳ χρωμένων, οὐ τῆς νῦν ἐνεστώσης πραγματείας διελθεῖν. ὑπὲρ ἁπάντων γὰρ τῶν τοιούτων ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ λεχθήσεται, ὥστε καὶ περὶ τῶν δριμέων χυμῶν τῆς φύσεως ἤδη παύσομαι τὰ πλείω γράφων. ἀρκεῖ δὲ μόνον ἔτι διορισμοὺς ἀκριβεστέρους αὐτοῖς προσθεῖναι, καθ᾽ οὓς διαφέρουσι τῶν πικρῶν. οὐ μόνον γὰρ ἰσχυρᾷ θερμότητι διαλλάττειν αὐτῶν πεφύκασιν, ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς πικροὺς μὲν ἅπαντας ὑπάρχειν οὐ θερμοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ξηροὺς τὴν δύναμιν, ὡς ἄν τις μάλιστα σαφῶς εἰκάσειε, τέφρᾳ παραπλησίως, ἐν δὲ τοῖς δριμέσιν, ὅσοι γε οὐκ εἰσὶ πικροὶ, πολλὴν ἐνίοτε μεμίχθαι τὴν ὑγρότητα, καὶ διὰ τοῦτό γ᾽ ἐσθίειν ἡμᾶς οὐκ ὀλίγα τῶν τοιούτων σωμάτων. ὅτι δ᾽ οὐδὲ θερμὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ξηρός ἐστι τὴν κρᾶσιν ὁ πικρὸς ἅπας χυμὸς, ἥ τε διωρισμένη πεῖρα πρώτως καὶ μάλιστα διδάσκει, περὶ ἧς ἔμπροσθεν εἴρηταί μοι πολλάκις, ἔτι τε πρὸς τῇ πείρᾳ τῷ λόγῳ σκοπουμένοις ὡσαύτως συμβαίνει. θερμαινομένων γοῦν ἐπὶ πλέον τῶν γλυκέων, εἴθ᾽

motibus auxiliantur. Caeterum quando fit, quo modo et qua methodo utendum, non eft praefentis tractationis exponere, de omnibus fiquidem ejusmodi in curandi methodo differetur. Quare de acrium faporum natura plura fcribere faperfedebo; fat enim fuerit diftinctiones adjicere exactiores, quibus ab amaris differunt. Nec enim fola caliditate vehementi ab illis diverfi effe confueverunt, fed quod amari omnes non modo calidam habeant facultatem, fed et ficcam, cineri, uti eos quis optime comparet, affimiles. Acres autem quicunque utique amari non funt, multam interim humiditatem admixtam habent, proindeque corporum ejusmodi non pauca a nobis efitantur. Porro quod non calidus modo, fed et ficcus eft omnis fapor amarus, in primis nos maximeque difcreta docet experientia, de qua faepenumero verba fupra fecimus, iis vero qui praeter experientiam per rationem etiam fcrutantur fimiliter accidit. Admodum itaque calefactis dulcibus, five id ab

ὑπὸ πυρὸς εἴθ᾽ ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμότητος, ἡ τῶν πικρῶν σωμάτων ἐδείκνυτο γένεσις. εὐθὺς δὲ ταῦτα καὶ τῇ συστάσει μὲν ξηρότερα φαίνεται, καὶ τῷ δαπανᾶσθαι δ᾽ ἀεὶ καὶ ἀποῤῥεῖν αὐτῶν τὸ ὑγρὸν, ἐξατμιζόμενον ὑπὸ τῆς θερμότητος ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ καταλειπόμενον ἀποδείκνυσθαι γεωδέστερόν τε καὶ ξηρότερον. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ γλυκὺ πρὸς τῷ θερμὸν ὑπάρχειν ἢ μᾶλλον ἢ ἧττον, ἐξ ἀνάγκης δήπου καὶ ὑγρὸν ἢ μᾶλλον ἢ ἧττόν ἐστιν. εἰ δέ γε τῇ τοῦ σώματος ἡμῶν φύσει μάλιστα οἰκεῖον ὑπάρχει, αὕτη δ᾽ ἦν εὔκρατος, ὑγρὰ καὶ θερμὴ, τὸ δ᾽ οἷον ὑπεροπτηθέντος τούτου γιγνόμενον (52) ὅμοιον τιτάνῳ καὶ τέφρᾳ, ξηρὸν καὶ θερμὸν ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται. καὶ μέντοι καὶ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο ῥύπτειν τε πέφυκε καὶ καταθραύειν καὶ τέμνειν τοὺς γλίσχρους καὶ παχεῖς χυμοὺς, ὥσπερ ἡ τέφρα καὶ τὸ νίτρον. οὐδὲ γὰρ ἀερώδης αὐτῶν ἐστιν οὐδὲ λεπτομερὴς, ἀλλὰ οὐδὲ ὑδατώδης ἡ σύστασις, ἀλλ᾽ ὥσπερ καὶ μικρῷ πρόσθεν εἴρηται, γεωδεστέρα, κατειργασμένη ἀκριβῶς ὑπὸ τοῦ θερμοῦ καὶ οἷον ὑπερωπτημένης αὐτῶν τῆς οὐσίας. ὡς μὲν οὖν τοῖς στύ-

igne ſive a calore ingenito, amarorum corporum conſtare generationem indicavimus, quae protinus conſiſtentia quoque ſicciore apparent, tum vero quoniam abſumatur ſemper ac defluat ab eis humor in vaporem a calore ſolutus, neceſſe eſt reliquum terrenius ſicciusque effici, quippe quum dulce, praeterquam quod calidum ſit ſive plus ſive minus, neceſſario ſane et humidum plus minusve exiſtat. Si autem corporis noſtri naturae maxime eſt ſimile, ipſa vero ſit temperate tum calida tum humida, id quod ex dulci ſuperaſſato provenit, perinde ut calx cinisque calidum ſiccumque neceſſario efficitur, proinde abſtergere quoque, comminuere, ſecare craſſos viſcoſosque humores ſicut cinis et nitrum eſt natum. Nec enim aërea eſt neque tenuis neque aquea eorum conſiſtentia, ſed, ut paulo ante dictum eſt, terrena, exacte a calore elaborata, ac velut ſuperaſſata ipſorum eſſentia. In comparatione ergo adſtringentium quidem non parum iis tenuiora ſunt medi-

φουσι παραβαλεῖν, εἴη ἂν οὐκ ὀλίγῳ τινὶ λεπτομερέστερα τὰ πικρὰ τῶν φαρμάκων, ὡς δὲ τοῖς δριμέσι, παχυμερέστερα καὶ διὰ τοῦτ᾽ οὔτε διεξέρχεται ῥᾳδίως τῶν γλίσχρων τε καὶ παχέων χυμῶν, ὥσπερ ὅσα λεπτομερέστερα ταῖς οὐσίαις ἐστὶν, οὔτ᾽ ἀδυνατεῖ τέμνειν ὁμοίως τοῖς παχυμερέσιν. ἐν δὲ τῷ μέσῳ χρὴ τετάχθαι τὸ μέλλον τέμνειν ἑκατέρας τῶν ὑπερβολῶν, ἵνα μήθ᾽ ἑτοίμως ὡς αὐτὴ ἡ φλὸξ διεξέρχηται μήτ᾽ ἐν τῷ μέλλειν καὶ βραδύνειν ἀδυνατῇ διαιρεῖν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων κἀν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ ῥηθήσεται τῷ πέμπτῳ. νυνὶ δ᾽ ἀρκεῖ γιγνώσκειν τό γε τοσοῦτον, ὡς ἡ πικρὰ ποιότης ἅπασα θερμαῖς τε ἅμα καὶ ξηραῖς οὐσίαις συμβέβηκε, καὶ πρὸς τούτοις γ᾽ ἔτι λεπτομερέσι καὶ γεώδεσιν. ἀκούειν δ᾽ ὅλου χρὴ τοῦ λεγομένου συνάπτοντας εἰς ταὐτὸ καὶ μὴ κατὰ μόνας ἑκάτερον ἀναγινώσκοντας. καὶ γὰρ ἂν μάχεσθαι δόξειεν οὕτω γε τῷ γεώδει τὸ λεπτομερὲς, ἀλλ᾽ οὐχ ἁπλῶς λεπτομερὲς, ἀλλ᾽ ὡς ἐν γεώδει συστάσει τοιοῦτο εἶναί φημι τὸ πικρὸν, οἷον τίτανος καὶ τέφρα καὶ πᾶν ὅ τι περ ἂν ἀκριβῶς κατοπτηθῇ, καὶ γένηται σποδιὰ, μᾶλλον δ᾽ ἂν ἴσως ἀληθέστερον εἰκάζοιτο λιγνύϊ τινὶ καὶ αἰθάλῃ

camenta amara, ut ad acria vero craſſiora, quamobrem neque facile craſſos viſcoſosque humores pertranſeunt, velut ea quae ſunt tenuiore eſſentia, nec incidere perinde ut craſſiora nequeunt. In medio autem utriusque exceſſus ſint oportet, quae inciſura ſunt, nempe ut neque prompte penetrent perinde ut flamma, neque dum cunctantur tardantque diſſecare non poſſint. Verum de iſtis in ſequenti libro qui ex ordine eſt quintus tractabitur. Nunc autem tantum noviſſe ſuffecerit, quod qualitas omnis amara calidis ſimul, ſiccisque ſubſtantiis accidit et praeter haec tenuibus et terrenis. Inaudiendum eſt autem totum quod dicitur conjunctim, haudquaquam utrumque ſeparatim legendum, nam ſic pugnare cum terreno videatur tenue. Verum non ſimpliciter tenue, ſed ut in terrena conſiſtentia tale eſſe amarum aſſero, velut calx et cinis et quicquid exacte peraſſatum fuerit cinisque redditum, forte autem verius aſſimiles fuligini ac ipſius flammae favillae, quippe

φλογὸς, ἣ καὶ γευομένοις πικρὰ φαίνεται. παχυμερὲς μὲν οὖν σῶμα γεῶδες ὅ τε σίδηρός ἐστιν καὶ ὁ λίθος, αἰθάλη δὲ καὶ τέφρα λεπτομερές. ὁ μέντοι διάπυρος εἴτ᾽ οὖν λίθος ἢ σίδηρος παχυμερέστερός ἐστι τιτάνου καὶ τέφρας, καὶ πολὺ μᾶλλον αἰθάλης, καὶ πρὸς τούτοις γε θερμότερος. ἀλλὰ διαπύρῳ μὲν σιδήρῳ καὶ λίθῳ τὰ πατὰ διάβρωσιν ἀναιροῦντα φάρμακα προσέοικεν ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ σώματι θερμασίας, εἰς τοῦτ᾽ ἀγόμενα δηλονότι, [108] καθάπερ ἥ τε χαλκῖτις καὶ τὸ μίσυ καὶ τὸ σῶρυ, καὶ πρὸς τούτοις ἀρσενικὸν, ὑδράργυρος, λιθάργυρος καὶ ἕτερα μυρία. παχυμερῆ μὲν γάρ ἐστιν τὰ τοιαῦτα πάντα καὶ δυνάμει θερμὰ, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἐκπυρούμενα τῷ χρόνῳ κατὰ τὴν ἐν τῷ ζώῳ μεταβολὴν ὁμοίως διαπύροις λίθοις ἢ σιδήροις ἑλκοῖ καὶ καίει τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, μηδ᾽ ἀναδοθῆναι δυνάμενα διὰ τὸ βάρος. τούτων δ᾽ ἔτι λεπτομερέστερα, καί τοι γεώδη ταῖς συστάσεσιν ὑπάρχοντα, τίτανός τε καὶ κανθαρὶς καὶ ὁ θαλάττιος λαγωός· ὧν τινὰ μὲν ἄχρι τῶν καθ᾽ ἧπαρ ἀνέρχεται χωρίων, ἔνια δὲ καὶ μέχρι κύστεως καὶ θώρακος, ἐν τῷ τοσούτῳ διαστή-

quae gustantibus apparet amara. Ergo crassum et terrenum est corpus ferrum ac lapis, favilla autem et cinis tenue. Ignita itaque ferrum lapisque calce cinereque sunt crassiora, multoque magis quam favilla, ad haec quoque et calidiora. Sed ferro lapidique ignito ea quae per erosionem interimunt medicamenta similia sunt, quae a corporis nimirum calore huc perducuntur, velut chalcitis, misy, sory, ad haec arsenicum, hydrargyros, lithargyros et alia innumera. Crassarum enim sunt partium id genus omnia, ac potestate calida, ac proinde temporis spatio accensa per eam, quae est in animante, mutationem non aliter quam lapis ferrumque ignitum ventrem tum exulcerant tum exurunt, quum scilicet in corpus distribui prae gravitate haud possint. Istis autem tenuiora sunt, tametsi et ipsa terrenae sint consistentiae, calx, cantharis, lepus marinus, quorum quaedam usque ad jecoris pertingunt regionem, quaedam vero usque ad vesicam et pectus, in

Ed. Chart. XIII. [108.] Ed. Baſ. II. (52.)

ματι τῆς φορᾶς τὸ πυρῶδες προσκτώμενα, ἀριστολοχία δὲ καὶ ἴρις ἔτι καὶ τούτων αὐτῶν λεπτομερέστερά ἐστιν· καὶ γὰρ καὶ ὑγρᾶς οὐσίας μᾶλλον τούτων μετέχει καὶ ἀερώδους· δῆλον δ' ἐκ τοῦ μήθ' οὕτως εἶναι ξηρὰ καὶ κραῦρα μήθ' οὕτως βαρέα καὶ διὰ τοῦτ' ἐξέφυγε τὸ γένος τῶν δηλητηρίων. καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ κανθαρὶς ὀλίγη ποτὲ ληφθεῖσα καὶ οἷς προσῆκε μιχθεῖσα πρὸς τῷ μηδὲν ἀδικεῖν τὴν κύστιν ἔτι καὶ διακαθαίρει νεφρούς· καὶ τά γε δραστικώτερα τῶν οὐρητικῶν φαρμάκων ἔχει τι καὶ κανθαρίδος. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων ἕτερος λόγος.

Κεφ. κ'. Ὁ δὲ πικρὸς χυμὸς ὅτι τοῖς ξηροῖς τῇ κράσει σώμασι συνυπάρχει κᾀκ τοῦ δυσσηπτότατα πάντων εἶναι τὰ πικρὰ καὶ ἥκιστα σκώληκάς τε καὶ ἄλλ' ἄττα ζῶα γεννᾷν, οἷα δὴ πέφυκεν ἐν ῥίζαις καὶ βοτάναις καὶ καρποῖς σηπομένοις ἐγγίγνεσθαι πάρεστι συλλογίσασθαι. μάλιστα γὰρ ὁρῶμεν ἐν τοῖς ὑγροῖς σώμασι καὶ σκώληκας καὶ σηπεδόνας ἐγγιγνομένας. τὰ δ' ἀκριβῶς πικρὰ, καλῶ δ' οὕτως ὅσα μηδεμιᾶς ἑτέρας ποιότητος αἰσθητῆς μετέσχηκεν, ἅπασι

tanto interim itineris ſpatio igneam acquirentia naturam. Porro ariſtolochia et iris his etiam ſubtiliores ſunt, quippe quae tum humidae eſſentiae tum aëriae plus quam illa obtinent, quod hinc conſtat, quod neque adeo ſint ſicca duraque neque adeo gravia, quapropter et deleterium effugere genus. Sane vero et cantharis parce interim ſumpta, quibusque oporteat admixta, praeterquam quod veſicam nihil offendat, etiam renes expurgat; imo et quae efficaciora conficiuntur ad urinas movendas medicamenta, nonnihil habent cantharidis. Sed de hiſce alias habebitur ſermo.

